beneficium subditur postea Ecce dedi tibi custodiam primiciarum mearum omnia
que sanctificantur a filijs israel tibi tradidi legittima sempiterna etc.

Ex quo sequitur quod ista est nulla argumentacio lex iulia de ambitu non habet
locum in foro curie ergo symonia in beneficijs non habet locum in curia Certo quia magna
distancia et differencia inter res temporales et spirituales inter dignitates vel officia
secularia que sine peccato vendi possunt et officia spiritualia quibus repugnat vendi
secundum canones [illegible]
[illegible] dicit divina mu[illegible]
[illegible] celestes [illegible]
[illegible] incommutabili[illegible]
dicitur Bene concedo quod potest argui a lege iulia ad ea que de sui natura
ideo sunt symoniaca quia lege canonica prohibita sicut sunt talia que de sui natura
non sunt peccata Sed contrarium est sicut vendere calamum vel cartam in constitucione
clericorum non est symonia quia nullus tenetur proprijs stipendijs militare Sed est textus
scilicet prohibuit capitulo primo de symonia igitur etc. et ita intelligenda est ista distinctio de
symonia quia prohibita et de prohibita quia symoniaca

Restat videre de isto tercio ius ut videatur quod ius dicatur habere ius in beneficio et
quod ius sine iustum est obiectum iusticie notificari iusticia notificatur ius
unde iusticia a iure peritis diffinitur perpetua et constans voluntas ius
suum unicuique tribuens Secundum etiam aristotilem v ethicorum est habitus a quo sunt operatiui
iustorum et a quo operantur et volunt iusta Et sic actum iusticie est operari
extra quam tamen quod ipsi alteri res cuius est velit debita proporcione habere ad alias personas
a quo per iusticiam ordinantur hoc autem dicitur esse suum unicuique persone quod ei secundum
proporcionis equalitatem debetur et ideo proprius actus iusticie non aliud est quam reddere unicuique
quod suum est Et ideo ius non est aliud quam quedam adequacio sive commensuracio

vnius ad alterum vnde ius naturale est quod est sui natura equalitatis vel adequatum alteri et ita describit b. tho. 2a 2e q. lvij. ar. 3o Et quia iusticia dicat operationes exteriorem que est motus ad obiectum eiusdem rationis naturale est ista naturalis explicatio fundamentaliter per scientiam naturalem que est de motu sive de ente mobili

Ex quo sequitur per resolutionem in principia naturalia quod ad hoc quod aliquis habeat ius in beneficio naturalio primo duo extrema commensurabilia requiruntur per modum materie bene disposite / 2o quedam actualitas per modum forme qua est talis facta commensuratio extremorum scilicet beneficij ad beneficiatum ut in mediate cessante impedimento extrinseco fiat ex hoc composito 2m modum materie operatio ut puta administratio fructuum vel alterius officij exterioris iuxta modum et exigentiam beneficij Ratio quia in hijs que operantur naturaliter licet non sint res naturales sicut virtutes et scientie habent tamen naturalem imitationem ad ipsas et hoc est quod dicit philosophus quod ars imitatur naturam et quia ad constitutionem rei naturalis requiritur materia et forma ergo et hic similiter modo aliquid per modum materie aliquid per modum forme

Ex quo sequitur quod ante adeptam possessionem beneficij que non fit sine actu naturali quo scilicet quis applicat realiter beneficiato ut fiat ~~ad~~ actualis adequatio vel commensuratio beneficij ad beneficiatum et ideo non dicitur quis habere ius in beneficio tamquam in re iam acquisita Ratio quia medium iustitie quod est medium non rationis sed rei ex v. ethicorum consistit in quadam proportionis equalitate rei exterioris ad personam exteriorem / equale autem est realiter medium inter magis et minus ut dicitur x. methaphysice vnde de iure civili heres institutus ante aditam hereditatem non dicitur dominus hereditatis exceptis filijs in potestate existentibus qui dicuntur quasi domini et in eos continuari dominium ff. de lib. po. l. in suis et ff. de suis et le. dominium Similiter emptor et etiam donatarius nunquam est dominus ante traditionem rei quia dicit tex. non contractibus sed traditionibus et conventionibus dominia rerum transferuntur C. de pact. l. traditionibus

Ex quo sequitur quod antequam habeatur titulus ius in beneficio non dicitur quis habere titulum realem nisi forte vocalem quia dicitur prepositus vel decanus voce et non significatione Ratio quia titulus est denominatio secundum qualitatem beneficij cui iam quis realiter inhabebit ut puta aliquis dicitur prepositus quia secundum qualitatem sui beneficij dicitur prepositus sic alijs decanus et cetera

Ex quo sequitur quod nunquam habeatur reale ius in beneficio vere vel putative nulla debet ibi fieri administratio nullum exterior officium Ratio quia operatio dicitur ex totius compositi / forma enim non operatur sine materia ergo nec beneficiatus administrat sine beneficio et sine p[…] non competit ub[…] […]

Ex quo sequitur quod extravagans que incipit cum in iure bonifacij viij. que dicit quod nullus administrator debeat antequam ad litteras apostolicas ad possessiones realem admittatur est iustissima et conformis iuri naturali

Ex quo sequitur quod per pactum sive prudentes non transfertur in me […] ius et realis titulus sed solum vocalis non acquiritur ius in beneficio sed ad beneficium

[Marginal note, right:] […] standi […] de mis[…] […] an. et p[…] […] spe[…] […]

scilicet obtinendi non statim habetur ius in re sed habetur tamen ius ad rem consequendam
Ratio quia in omni operatione successiva licet finis sit principium in intentione
operantis est tamen ultimum in executione operis. Ergo durante operatione sive motu
per causas dispositivas intermedias agentium particularium continue ad illud tenditur
quod primo intenditur quod tamen acquiritur demum termino motus adepto et a quo tamquam a fine
principali debet denominari operatio sicut pape provisio et hoc est quod iura dicunt
quod verba sunt intelligenda cum effectu, id est non intelligitur provisio facta si non potest
sequi effectus quia illud quod adhuc est in fieri non dicitur esse. Verbi gratia vacat
ecclesia que non potest esse sine pastore huius rei necessitas movet papam ad providendum
sibi de persona etc. tamen finalis movet ipsum efficaciter ad operationem provisionis
sed ut necessario bene disponatur per introductionem forme per quam sic applicatur possit ef-
ficacius ipsa fini necessario debet intervenire agentia particularia. primo persona cui
providetur vel durantius magis ipse quia tamquam per medium ecclesie providetur
quia persona est propter ecclesiam non econverso. Item interveniunt littere ipse ad habilitandum
personas ecclesie ut ei obediat vel ut possessio assignetur etc. Item littere quas in capitulum
consistere etc. tandem ultimo cum iam per possessionem sit debita et realis adeptio
vel commissaria beneficii ad beneficium id est ius sive titulus in beneficio primo acquiritur ad quod
primo agebatur

Ex quo sequitur quod ante terminum adeptum est facta provisio per ullum actum precedentem agen-
tium est ius acquisitum in beneficio sed ad beneficium quia per quemlibet talium ad beneficium
tenditur quousque per actum ultimum pervenitur scilicet per apprehensionem beneficii per quam
primo plenum ius dicitur habere in beneficio

Ex quo patet quod dicentes quod pactum ipse in mentem ius in beneficio sive verus titulus
acquiritur est loqui contra rationes iuris et canonum principia sicut naturalis volunt
enim iura quod antequam ius acquiritur in re non licet redimere vexationem circa
assequendam possessionem quia symonia est ut in c. cum dilectus de symonia.
Post vero ius acquisitum sic vere potest redimere vexationem et ita scribunt
communiter doctores canoniste et b. tho. 2a 2e q. c. ar. ii°

Ex quo sequitur quod declarationes ut quis admittatur ad possessionem beneficii vel
prebende aut fructuum et temporalium beneficii est ipse realis symonia ymo
consuetudo de petendo prandio vel alio temporali ad utilitatem petentium contendo
non excusat ut in c. Jacobus de symonia ubi pro receptione in canonicum prebendam
negabatur et sic non plenum ius in omnibus adhuc ibi habent

Ex quo sequitur quod cum fructus temporales dicantur reservati non spirituale beneficium sola
possessio reservatorum fructuum est tamen solutionis corporum et sola possessio facit ali-
quam tacite obligatum et non ius ad beneficium quia si provisio vel vel ius ad beneficium
vel in beneficio includit tacite illam obligationem sequitur quod includit emptionem
et per consequens iam non erit gratuitum quod est contra rationem beneficii gratuiti et
per consequens omnis talis provisio includens obligationem est symoniaca de off. offic. c. ii.

Ex quo sequitur quod solutiones provisionis per annata sive pro fructibus reservatis ad effectum

quod littere quibus pervenitur ad possessionem beneficii dentur de Cancellaria vel de camera
que alias non darentur est istius emere et illius vendere realiter titulum beneficii
Probo quia quicquid est causa cause est causa causati sed solutio est causa litterarum que sunt ultimus causa
beneficii igitur solutio est causa tituli. preterea quicquid antecedit antecedens antecedentis antecedit
et omnes sed solutio pecunie antecedit litteras que sunt antecedens ad possessionem
ergo antecedit litterarum effectum scilicet beneficium Nam simoniacus est qui dat pecuniam
et pro receptione ordinis alias non daturus quod dicit quinque idem est quod accipere
i. q. i. eos in fine et q. iij. si quis in fine. et xiij in fine q. iste quilibet dare
Ex quo sequitur quod obligatio facta in Camera de solvendo annata vel etiam
communibus servitiis est symoniaca. Probo quia littere sunt medium necessarium perveniendi ad
beneficium spirituale cuius inhibitio cum repugnat omnis obligatio que prevenire
aut impedire possit titulum sed obligatio in camera est causa litterarum quia
pecunia premittitur littere et obligatione non facta non dantur littere cuius dominium va-
cuus sine litteris et ponit sine beneficio Unde b. Tho. 2a 2e q. C. ij.
ar. iiij in fine. et ultimo ar. dicit Quod si aliquis episcopus antequam alicui beneficium
conferat ob aliquam causam ordinaverit aliquid subtrahendum de fructibus
beneficii conferendi in pios usus exponendum non est illicitum. Si vero ab eo
cui beneficium confert requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus eiusdem
beneficii idem est ac si aliud munus ab eo exigeret non caret vitio simonie
Et ideo Jo. an. in c. inter cetera de offi. or. super glo. ultima in fine dicit sic
pluries clamavi in terminis quod de hoc fiat sermo in Concilio Viennensi quod optarem
quod Curia reciperet vicesimam redditum ecclesiarum totius orbis ad susten-
tationem pape et Cardinalium et nil exigi vel recipi posset prout maius pre-
latorum quos promovet exceptis taxatis salariis laborantium pro suo
scriptorum et similium et tunc provideret legatis et nuntiis quos mittit
de predicta quota et abstineret ab exactione fructuum primi anni exac-
tionibus decimarum et similibus que nunc pullulant. Et deliberaverunt prelati
in Concilio et forte bene quod tanta viget insatiabilis cupiditas quod
si hoc fieret et istud et illa perciperent

Ex quo sequitur quod solvere pecuniam pro annata etc etiam post actum provisionis aut se
ad solvendum in Camera obligare ad effectum ut littere provisionis
habeantur non minus est simoniacum quam si dicta solutio vel obligatio actum provisionis
precessisset. Probatio est ista quia licet omnia agentia particularia ad eundem
finem concurrentia invicem sint comparata et ad ipsum efficiendum principaliter sint diversarum
naturarum et specierum, tamen prout simul unum structum faciunt in ordine
ad eundem finem, quolibet eorum est eiusdem nature cum alio et cum agente
principali, quia de quolibet eorum respectu eiusdem verificatur nature diffinitio
ab Aristotele data 2o physicorum scilicet natura est actus entis in potentia secundum
quod in potentia. Et dico sic eiusdem nature tamen per respectum ad efficiens principale cuius
sunt effectus omnia sequentia, quam etiam per respectum ad finem, quia omnia
eundem finem tamquam agentia ad ipsum respiciunt, qui finis est entis
in potentia

f° 38

Quia Romana ecclesia est caput aliarum ecclesiarum ipsa errante errant et alie ecclesie Ideo videnda sunt primo que reformanda sunt in capite per Concilium generale

Primus error est papam exigere fructus medios vel integros primi anni de beneficiis de quibus providet vel pro communibus serviciis impacta [illegible]

Secundus capitularium electionum de prelatis suspensio et per se causarum reservatio

Tercius dignitatum et ecclesiasticorum beneficiorum reservatio

Quartus graciarum expectativarum effrenata multiplicatio

Quintus minus iusta prelatorum de suis sedibus translatio

Sextus Cardinalium inutilium nimis districta creatio et hic error fere est fundamentum omnium aliorum

Item deficit inoportuna conciliorum generalium celebratio ubi errata reformentur et hic dandus est modus convocandi concilium in casu quo papa esset negligens

Quantum ad primum pro clariori evidencia premitto sicut in prothemate scilicet quod papa ut dicitur per unam constitutionem reservavit sibi fructus medios primi anni omnium beneficiorum de quibus ipse providet et ideo camera apostolica in provisionibus consueverat obligacionem recipere de solvendis huiusmodi fructibus infra annum a tempore possessionis pacifice computandum hoc primo

Tandem quia pape longum apparet tam diu dictos fructus expectare mutat predictam obligacionem camare in realem et actualem solucionem hoc secundo

Et ideo quotienscumque de aliquo beneficio ecclesiastico providet statim exiguntur fructus reservati et solvuntur alias bulle provisionis dari denegantur hoc 3o

Quitur magis predicta possunt tamquam licita sustineri Et licet aliqui hoc videntur excusare ego tamen asserendo contrarium respondeo quod communis primum de premissis est tollerabile / Secundum est detestabile et tercium penitus dampnabile racionibus infra scriptis

Dico primum tollerabile racione pape quia est dispensator generalis omnium beneficiorum ecclesiasticorum et ex iusta causa reservare sibi potuit licet cessante causa iusta que utique nec est continua nec perpetua sedem apostolicam non decet talium fructuum reservacio / Ad quod videndum clarius est sciendum quod papa non est dominus beneficiorum et per consequens nec fructuum ipsorum ecclesiarum aut ecclesiasticorum beneficiorum sublata racione / quia nec debentur sibi iure utilis dominii cum istud competat racione tituli beneficialis et ideo intitulati in beneficiis ecclesiasticis usufructuariis comparantur 2m dec. de pe. c. fi. / papa autem non sit intitulatus nisi in Romana ecclesia et Romanus pontifex dicitur ibi dispositus sic sibi videtur / non autem intitulatus est in ecclesia Cracoviensi nec dicitur Episcopus vel decanus Cracoviensis / et sic de aliis sed non debentur fructus illius ecclesie qui tantum percipiuntur sub titulos nam propter officium datur beneficium de rescrip. c. fi. li. vi. / Nec apud ipsum est istorum directum dominium cum racione rerum spiritualium que in solius dei dominio sunt Nam que a deo hominibus aut ab hominibus deo collata sunt dona dei dicuntur 2m beatum Augustinum 1. q. iii. salvator / unde sacrilegium committit qui talia aufert vel invadit sive sit homo sive ager. xii. q. ii. nulli liceat / et tamquam sacrilegus iudicari debet ut c. ca. et q. eadem predicta de re. iur. que multociens in glo. ii. Tum eciam racione pape cum vicarii est alterius vices gerere de offi. vica. c. 1. 2. ii. repugnat igitur xpi vicario habere dominium super hiis quia iam non esset vicarius sed dominus

Sed quia officium vicarii est deservire ecclesiis et personis ecclesiasticis ut c. ti. quidditas quod ondit dominus in ewangelio dicens Math. xxiii Qui maior est vestrum sit sicut minister vester propter quod papa scribit se servum servorum dei / sequitur quod papa non habet tractare res ecclesiasticas iure proprii dominii sed tamquam procurator iure utitur alieno scilicet domino Et quia in hac procuratore sive dispensatore requiritur fidelitas et prudencia dicente ewangelio fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam suam etc. fidelitas ut non sibi usurpet in rebus dominium vel utilitatem preter necessitatem sed si causa necessitatis vel aut publice honestatis utilitatis exigit reservare potest fructus beneficiorum sibi secundum taxacionem prudencie

Est eciam tollerabile ex parte obligati cum revera persone hoc onus non imponitur sed beneficio quod transire debet cum onere suo et ideo ex parte eiusdem obligati posset esse licita cum huiusmodi obligacio est de non suo proprio solvendo sed de solvenda re vel prius valore ei cuius est vel cui debetur / scilicet pape reservati sibi et talis solucio potius dicenda est reservacionis execucio que aliter nequit fieri nisi per ... acceptis sive

tibus reſuatis Idem de omnibus ſeruitijs quibus vacantes ecclie
maiores etc ſunt onerate
Dixi ſupra q ſcdm predictorum eſt detestabile prouinus declaratõe eſt
ſciendum q fraus legi fit qn obſeruantur verba legis ſed mens cir
cumuenitur et ita no· glo· xiiij· q· iij· plerique ꝑ le· fraus ff· de le·
Sic aut error videtur conſiſtere in quadam ſophiſtria reali dum
proponitur ſpãm licite poſſe fructus reſeruatos exigere et iſtud licite
poſſe ymo debere ſoluere / quia ex hoc infertur licet ſymoniace ſolui
debere realiter inpatis oſtitutis fructus huiuſmodi reſeruatos / vnde
paloizatur ſic ſoluentis ſimplicitatis dum conſentire huic illatori
nepharie cogitur ſophiſtice concludenti / Pro quorum intelligentia
clariori videnda ſunt iſta que nãm reſeruationis continet Et quid
ſunt hec ſcz q reſeruantur fructus et q medij et primi anni et qd
beneficiorum vacantium / Idem dic de ombz ſeruitijs in quibz vacantes
ecclie maiores etc ſunt onerate et taxate / In primo datur intel
ligi q hec debitum reſeruatorum fructuum ſiue communium ſeruitiorum
eſt reale non aut debitum perſonale Et ideo rem fructum ſequitur
non perſonam vnde non niſi poſſeſſor rei ad illos tenetur ff· de pu
blica· et vec· l· imperatores de mu· et ho· l· ult· Qui aut fructus
primi anni non dum percepit vel etiam non poſſidet no tenetur / Per
ceptio enim fructuum eſt cā ſolutionis qua ceſſante ceſſare debet ſolutio
et q ons ſolutionis exactio de ap· cum ceſſante / Item fructus enim
debent tranſire cum onere ſuo de dicta· paſtoralis et· c· cum non ſit
Sic eſt q ſolum perceptor fructuum tenetur de dicta· tua nobis et· c· a nob·
Et quia reſeruantur fructus medij contra naturam reſeruationis ſoluitur
integra et ſoluitur plus etc / Et quia primi anni non et / nec 3ij
ſz tm ſemel pro vno anno ſunt ſoluendi / fraus committitur reſeruatori
ſi antequam ad poſſeſſores perueniunt ſoluitur qr ſic contingit de eis fructus
no ſolum ſemel ſz· xes ſoluere poſito caſu ſi· x· fuiſſent impetrantes
eiuſdem beneficij ſucceſſiue / quorum qlz ante aſſecutionem poſſeſſionis
in extractione literarum fructus ſoluet // Eſt etiã contra naturam
fructuum quos natura non procreat niſi ſemel in anno / Item ſi con
currunt iij· vel iiij· impetrantes vnius beneficium quorum quilibz credens
ſibi ius competere extrahendo literas ſoluit fructus erit iterum trina vel
quaterna ſolutio erit fraus Et quia natura reſeruationis no patitur
ſoluentem eē in dampno vel ſub eē periculo eo qr ſolo habet fieri in
loco beneficij cuius ratio qr cum iſtud debitum rem ſequitur ut ſupra
ubi eſt principale ſz beneficium oneratum ibi debent eē ſua acceſſoria
ſ· debiti petitio et q ons ſibi concurrens ſolutio ar· c· ſi· de fo· cõpe· de
reſp· c· cum dilectis / Et ideo uſus Camere collectores et Succeſſores ^Subcollectores
talium fructuum in partibus exigendorum inuenerat / Et qr talis ſolutio
nunc in Curia fit cum dampno ſoluentis qui de Curia ſtare C· de ſolu·

de cambio aut ſub ce ꝑtandi pitulo ſequitur intzio q dolo mutator
qui huiōi dampnū propium et ꝑiculum transffert ſit in aliuz
Cum aut talis mutatio dicte obligationis in realem et actualez
ſolutionem iniquitatem continet eo q hic ꝯtut ꝑlus re plus
tempore plus loco plus ca / con nām dē reſuatōis de pluſ ꝑeti
c. vnico / dico plus ca nam ꝓſſo eſt cauſa huiōi debiti / hic plus
ca ꝓꝑ quia ab eo qui non dum poſſidet ꝑetitur Sequitur q
ceſſantibus alijs infra ſcriptis que in hoc euidenter oſtendunt fraudz
interuenire ſymoniacam / Et qn̄ tum tumq3 proprio motu pro
uideatur de beneficio valor reſeruato ꝑ fructuum no ſolut debite
antequa habeatur beneficium realiter cum effcu et ꝑetitur in ho
neſte ac in iuſte ꝑatet ex precedentibus q iſtud debitum non
eſt ꝑſonale et ideo non debet ſequi ꝑſonam ſ rem ut ſupra
Nec ꝓꝑe uoluntas ſufficit ad inmutandum hunc ordinem rez
ut vnam ſpem mutet in aliam ut de reali debito fiat ꝑſonale /
Et quia hic modus exigendi ꝑdictam ſolutoz eſt via multis frau
dibus ut ſupra ꝑatuit et infra ꝑatebit ſequitur tamq bonis
moribus contrariam fore penitus deteſtabilem et hoc quo ad ſe
cundum dictum

Circa 3m dictum aduertendū q 2m veritatez ꝑdicta ſolutio tranſit
in naturam ꝑcij Et talis ꝑctue exactio eſt doni dei gratuiti ſy
moniaca venditio / Primum ꝑatet q reuera non ꝑot dici ſolutio
ex quo nulla precesſit actualis obligatio quo ad iſtum ſoluentem
ut ſupra Solo eni habet ſurgē ex precedenti debito vnde 2m
ꝯſti. inſti.a de ſolu. ꝟ. 1. ſolu.o eſt eius q debetur redditio nam ſolue
dz is qui eſt obligatus 2m eundez ꝯſti. c. ti. ꝟ. quis poſſit ſolue
Cum igitur hec talis ſoluto in propoſito nro no eſt alicuiꝰ debiti
precedentis redditio / relinquitur q ſit ꝑcij datio rem ſacram turpi
comercio comparantis / ex contractu eni mutuo qui tali conſenſu ipſoz
contrahentiuz ꝑficitur ſz in prouiſione exigentis ꝑ tuuam et
ſoluentis neceſſitur hoc ſymoniaca ſoluto ad hoc eſt tex. optiꝰ in c.
vnico ut ecc. bene.a ꝯ tr̄dinꝰ ad ſe. / Nam reuera in hoc ē tacita
ſpualium emptio et venditio q declarat tex. 1. q. 1. eos ubi de hac
venditione et ꝑcio / Preterea q̄uis ex uerbis contrahentibꝰ cu
expreſſe non appeat q hic ſit emptio ꝛ venditio clare tn conſtat ex
effectibus na non datur ꝑrouiſio cum effcu niſi fiat ꝑ tale rea
lis ſolutio / dico cum effcu q lr̄e non dantur ꝑ quas ventur
ad effcm prouiſionis non eni contractus ementis et vendentis fi
naliter et effectiue in verbis conſiſtit ſ in factis et ideo plus eſt
ipm demonſtrare factis q verbis ſicut plus eſt mentiri facto q
verbo plus eſt facto appellare plus eſt facto negare deū ꝛc / co tex.

istorum similium dat glo. i. in c. dilca de app. Unde quamvis expresse non
dicatur in hoc commercio vendo tibi tale beneficium vel talem gratiam tanta
pecunia quia hoc declinaret quilibet cum grosse apprehendans / tamen reuera
tacite ipso facto hoc dicitur quod plus est quam verbo dicere / dico ipso facto scilicet
cum facto negantur dari littere provisionis nisi detur tanta pecunia
Preterea etiam ex parte providentis patet aliter Quia iste non vult
quod sua sortiatur effectum provisio in eo quod litteras effectum provisionis operan-
tes vel inferentes dare denegat nisi sit quamvis facta fructuum reservatio
solutio et pro quibus provisionem dare denegat quia verbum provisionis
est recipiendum cum effectu de cle. non resi. relatum de pen. di. i. hoc
autem / Preterea actus enim non dicitur esse nisi sit principium et
finis et ideo dicit lex quod vendet non est ff. de re. iur. l. is dampnum
ex de fugi. et malefi. c. fraternitatis quia hec est natura actus ut termine-
tur duobus terminis scilicet a quo et termino ad quem unde actus provisionis
non dicitur esse nisi conveniat ad suum debitum effectum nam non videtur
actum dum adhuc super est agendum vii q. i. nichil ex de bap. ma-
iores. §. si. et ad hoc ff. de verbo obli. in executionibus. §. ult. Quare
sequitur quod non refert an vendatur principium scilicet actus providentis
an medium scilicet littere etc. aut finis sicut est receptio in canonicum quia omnia
ista sunt de substantia actus sine quibus non potest sequi provisionis effectus
de primo nullum est dubium quia iura sunt vulgarissima de secundo est casus
de rescript. c. ad audientiam de tertio casus in c. iacobus de symo.
Quod autem emere beneficia ecclesie vel vendere symoniacum est patet i. q. iii. au-
divimus et c. si quis dator et se. c. questio et in aliis multis nam
ementes beneficia ecclesie consecratores vel ordinatores et vendentes sunt
equaliter symoniaci et gradu sui ordinis privandi et dampnandi
i. q. iii. ex multis

Quare constat quod pro pecunia sit venditur provisio et per consequens quod de
sui natura est gratuitum et gratis impendendum exponitur precio /
Et certum est quod quia hic pecunia dat causam provisioni sive provisionis
effectui quod idem est ratione concluditur quod hec sit symoniaca emptio
et venditio / Ex quo infertur quod quandocumque papa dicatur pro-
videre motu proprio de beneficio ecclesiastico si tamen in extrahendis litteris
pro facta fructus exiguntur et solvuntur in Camara apostolica est symoniaca
emptio et venditio secundum rei veritatem / Ratio huius quia venditur litteris
beneficialibus per quas venitur ad effectum provisionis vendit ergo provisio
ut supra dictum est et ad hoc est casus de rescript. c. ad audientiam / Idem enim
est renunciare litteris beneficialibus propter annuam pensionem ut ibi
et recipere pecunias pro litteris quibus ius queritur in beneficio ecclesiastico precedente
conventione secundum primo. et osti. ibidem
Unde pro intelligentia istorum clariori advertendum quod circa litteras pro-
visionis potest esse quadruplex consideratio quantum ad nostrum propositum

Unomodo prout habent se tamquam causa ad provisionis effectum inducendum quo respectu quia vendicio istius effectus prohibetur · 1 · q · 1 · gratia ergo et ideo quod ad id pervenietur prohibitum vendi interest xxxiii · di · presbiteri · C · de hijs qui ad ecclesiam confugiunt presbiteri penulti ¶ Secundo modo considerantur tamquam contentes ad contentum, continet enim in se rem naturam et statum supplicantis iam signate per papam et per consequens provisionem statum et quia pro ipsis solvitur pecunia, ergo eciam pro provisione in eis contenta racione connexitatis quia de connexis idem est iudicium de consti · translato cum suis concor · ¶ 3a est consideratio quia habent se sicut pars ad totum provisio enim integratur ex hijs que concurrunt ad finem et effectum ipsius provisionis operandum sicut est supplicatio manus pape appositio litere etc / Nam provisio suum effectum sortiri non potest regulariter sine literis, que inferunt et ingerunt ipsum effectum / exigendo igitur vel solvendo pecunias pro parte scilicet pro literis que sunt de integritate provisionis exigi intelliguntur pro tota provisione quia eadem est racio totius et partis xiiii · q · v · penale xxxii · q · iiii · meretrices et in regula in toto de re · iur · li · vi · cum suis similibus ¶ Quarto considerantur accessorie ad provisionis effectum actum emissum ab ipso providente quod sequitur, quicquid actus quia aptitudine spirituali ad inducendum effectum spiritualem scilicet gratie, spiritualis necessario est ergo et hec quia accessorium naturam sequi convenit sui principalis per regulam accessorium de re · iur · li · vi · unde legitur in canone siquis obiecerit · 1 · q · iii · quisquis horum alterum vendit sine quo nec alterum provenit neutrum in venditum derelinquid

Alias raciones multas posui in tractatu quem scripsi de symonia que ad premissa multum faciunt et evidencius predictam veritatem ostendunt quibus clarissime confutatur error predictorum exquisitus in materia huius scripto ¶ Quia enim symoniaca nullum bonum fructum potest producere quod multipliciter probatur · 1 · q · 1 · fertur ad fi · difficile enim est ut bono peragantur exitu que malo inchoata sunt principio · 1 · q · 1 · principatus Nam symoniacis nulla spiritualis cooperatur gratia · 1 · q · 1 · tales Multoque sunt symoniacorum maledicciones et pene · 1 · q · 1 · quia ergo Et ipsorum benediccio in maledictionem convertitur · 1 · q · 1 · benedictio Nam symoniacorum oracio magis illos grauat pro quibus orat quam iuuat unde legitur · 1 · q · 1 · fertur quod maior metuenda est hostis illius calamitas ubi tales intercessores in locum regiminis adducuntur Et quia symoniaca absque omni spe restitutionis deponi · 1 · q · 1 · ergo et ipsorum dampnacio legitur sicut corporum medicina non repitur · 1 · q · 1 · tales Quare in totum sequitur errorem premissorum esse penitus dampnabile et tantum de hac materia quod penultimo deo gracias

Nb. Dit appertinet michi magistro paulo Wladimiri Custodi et Canonico Crac

Cracouien inter decretorum doctores minimo ſenciendum impinxiſſis et
tenendum ſalua tamen correctione benigna melius ſapiencium Dictus
Rector protunc vniuerſitatis ſtudij Cracouien exiſtens et ad generale
Concilium Conſtancien per Sereniſſimum principem dominum Wladiſ-
laum Regem polonie cum alijs dominis pro Ambaſiatore miſſus
cunctis que bian ſcripſi Anno domini millo CCCC·xv·

Ex quo sequitur hoc esse bonum argumentum quod litere pape beneficiales sunt ven-
dite ergo actus pape providentis est venditus. Racio quia impossibile est partes
alicuius integrantes integrantes alicuius totius vendi nisi etiam ven-
datur ipsum totum et per quas etiam omnes sue partes eadem enim est racio totius
et partis ergo idem iuris

Ex quo sequitur quod in beneficiis curatis administrationem sacramentorum vendentibus
[illegible] per hoc sunt vendita ecclesiastica sacramenta. Racio quia administratio sa-
cramentorum est effectus [illegible] et beneficii in quantum curato quis valet possidet
tenetur administrare ipse vel alium sacramenta et licet administret per alium
qui non emit istud beneficium tamen [illegible] est simonia absolutio corporis
christi administratio [illegible] consecratio etc. quia illa operatio attribuitur agenti
principali non instrumento Et hoc est quod dicitur qui per alium facit ipse
fecisse videtur Et hec ergo est de mente b. tho. ubi s. ar. iiij. et hec et
collectarij in c. quanto de simo. quos all. dns [illegible] pro parte contraria

Ex quo sequitur quod datis preciis pro literis que sacra appellantur et in quibus
committitur aliquis consecrari in episcopum de necessitate pure intelliguntur date
pro episcopali ordine Racio quia quicquid est causa cause est causa causati Sed solucio precii est
causa literarum que ulterius sunt facta consecrationis in episcopum ergo precii
solucio est causa episcopalis ordinis

Ex quo sequitur quod ista est bona argumentacio litere episcopales vel beneficiales sunt
vendite ergo consecratio corporis christi quia litere sunt vendite littere
beneficiales ad curam animarum sunt empte precio ergo solucio sacramentalis ergo s. s.
ergo corpus christi ergo s. s. est venditus vel emptus quod sit bona argumentacio patet
per logicam ubicumque omnia intermedie sunt formales a primo ad ultimum
est bonum argumentum Sed litere sunt vendite ergo possessio beneficii est vendita ergo ad-
ministratio ergo corpus christi ergo gracia s. s. etc. ergo a primo ad ultimum litere sunt
vendite ergo ergo s. s. est venditus

Sic videtur in [illegible] magistro paulo de polonia decretorum doctori
Custodi et Can[onico] Ecclesie Crac[oviensis]

Premissa protestatione quam alias in synodo super omnibus per me dictis et dicendis obtuli pro intelligentia mee prime conclusionis que tunc erat in hac forma directio bullarum super solucione annatarum et vacanciarum per statum pensionum est actus symoniacus. que licet veritate sonaverit ex antecedencia quatuor questionum cum suis probationibus in ipsa explicatione subsistit tamen offero conclusiones

1ª Beneficia ecclesiastica sunt divina lege instituta probatur quia officia ecclesiastica sunt divina lege instituta igitur et beneficia. Hoc patet quia apostolus 1 cor. ix dicit qui altari servit de altari participat ita enim et dominus ordinavit per quod innuit quod beneficiatus propter officium habet ius percipiendi temporale beneficium et ante patrum de annatarum iuristarum et canonistarum dicuntur ad ecclesiastica officia instituti numeri xviii c. et in beneficiis temporalibus provisi numeri xviii

2ª Non licet pape ecclesiastica beneficia destruere quamvis sibi liceat in melius commutare probatur quia non licet ex potestate sibi divina officia destruere dicente apostolo non dedit deus potestatem in destructionem sed in edificationem 1 cor. xiii igitur non licet sibi beneficia destruere tenet quia ex opposito contradictio quia ex destructione beneficiorum sequitur destructio officiorum dicit sancta utriusque legis patet deut. xxv et 1 ad thi. 5. non alligabis os bovi triturantis secundum beatum ysidorum non sub titulis alimentorum beneficia ne corruat eorum officia

3ª Omnes leges humanas necesse est in divina lege fundari probatur quia ymago creato suo in suo imaginate exprimitur conformiter sed homo cum suis legibus est imago dei utitur sui imaginati genesis 1 faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram ad imaginem nostre nature sed ad similitudinem nostre legis et morum ecclesiastici xvii igitur etc.

4ª Iudei sacerdotes leviti non fuerunt provisi in possessionibus sed solum sustentabantur decimis et oblacionibus dominus dicente ad aaron et filios in terra eorum nichil possidebitis nec habebitis partem inter eos numeri xviii igitur pape vacat

5ª Soluciones primorum fructuum sive annatarum summo pontifici fundantur in lege divina dominus dixit ad moysen precipe levitis atque denuncia cum acceperitis a filiis israel decimas quas dedi vobis primicias earum offerte domino et date aaron sacerdoti numeri xviii igitur etc.

6 Si papa cum cardinalibus non sint aliter decenter provisi in possessionibus et
redditibus pro sustentandis aliarum ecclesiarum omnibus ex tunc inferiores cum
sub pena peccati mortalis tenentur eis decenter providere patet quia aliter contra legem
nature et testamenti alligaret os bobus triturantibus ut patuit in precedenti
per leges aut divinas impie agens non cedit impune ymmo mactatur in 1a parte

7 Papa et cardinales nulla lege debent aliquid exigere in bullacionum concessi-
onum provisionibus patet ex dicto salvatoris summa domini Gratis accepistis
gratis date Mt 10 Et Ieronimus ibidem ex verbo Christi dicentis dignus est operarius
cibo suo debitum sit eis providere de decenti sustentacione non tamen per illum
modum sive talem legem

8 Papa cum cardinalibus si post statim provisionem honoratam occasione
provisionis pro arresto bullarum exigunt presto non excusantur a giezi-
tarum actibus patet 4 Regum 5 quod Giezi qui occasione sanacionis prophete ho-
noratam legitur exegisse cum similitudine arrestatores bullarum post
statim provisionem videntur pervertere igitur propositum verum

9 Arrestacio per papam et cardinales observata actenus super solucione primorum fruc-
tuum videtur sapere speciem symonie patet quia primo pertinet a radice estimacionis
precii adequantis temporalis pro spiritualibus prelatis sicut est in consecracione et benedictione quibuslibet
vel 2o a radice ambicionis vel avaricie in qua quomodo temporale velut motivum
principale intenditur dandi spiritualia ac tamquam finis ultimus in quo sistit animus
spiritualia conferentis quod magis sonat arrestacionis intencio et si ex radice non
sit symoniaca tamen quia communiter non iudicatur de intencionibus licet [illegible] presumpcione
iuris vel saltem hic sonat arrestacio racione similitudinis est suspecta de symonia
propter quod actus huiusmodi exprimentes propter conformitatem actuum symoniace estimacionis
tamquam symoniacos dampnaverunt igitur propositum verum

10 Posito bullatoribus dumtaxat ydoneis pro quos eandem bullam decenter of-
feratur [illegible] sub hac forma quod plus dabit ille habebit tales actus ex-
hibicionis presumpcione iuris reputatur symoniacus patet ex conformitate actuum
predictorum

11 Arrestacio bullarum super immediata solucione annatarum vel pro quota pecunie
est simpliciter iniusta nec aliqua lege per papam introducenda probatur quia tale
iniustum quilibet nullus vellet sibi fieri ut prius solvat fructus quam percipiat [illegible]

12 Supposito debito primorum fructuum adhuc arrestacio bullarum bullacionum
provisi ut se obliget ad solucionem illorum post percepcionem eciam pacificam
est actus symoniacus probatur quia est arrestacio rei personalis et racione generis

spualis scilz bullarum quibz beneficiatus iure dno pbat ad beneficiu 2 ad of
ficiu debitu ud e reale et tpale comutata ac expssa d actu ex
novi tpalis p spuali d actu symoniaco ut patet ex pbacoibz gols
ini pcedentib 1 ic

Casus e iste. ppa reservavit sibi et ecclie Romane fructus medios
primi anni omnium benefic. de quibz ppa pvidet. Officiales camere apce
consueverunt nulla provisione tali pvidendis tradere et eis scilz denegare
de dare litteras provisionis nisi impetrans se obliget iuramento 2 sub
excoicacoinis lata sine se submittat q pferetur ibidem in ipm si non
solverit infra annu a tpe possessionis adepte tal beneficii de quo sibi
p papa e provisu
Queritur de duobz primo utrum tal obligacio sit licita de iure
2o si talis impetrans non solverit infra annu 2m q se talio obligat.
utrum sit periurus. 2 ex excoicatus.
Videtur q non sit licita obligacio. qr tales obligacoines pactones
condiciones intervenientes in spualibz iura phibet sz non e dubiu
in pposito q tal obligacio intervenit in actu provisionis qr actus p
visionis intelligitur durare quousqz sortiatur suu debitu effectu
Et sic sive d pncipio provisionis sive d medio sive d fine fiat in tota
provisione intelligitur esse facta. et viciata una pte p obligacoine
totus actus provisionis redditur vicios. Ouia ac media sunt qbz
non venitur ad effectu provisionis sicut sunt hic apostolic. sicut e exe
cutoris ul subexecutoris provisio processus vel decretu sicut e in
possessione induco. ul admissio intelligitur pres provisionis
Et qr media sapiunt naturam suorum extremorum. et non e dubiu
tum a quo ipm provisionis esse ptate spuale eccliastica in ipo
conferente aut pvidente tum non ad que esse eciam cum
pvidetur de psona in tali benefic. qr benef. eccliastica non conferunt
intuitu psonarum qd non sunt iure pvati sz conferuntur intuitu
ecclie 2 non e dica q hic beneficiales sunt quid spuale rone
dotis extremorum/ergo p ipis obtinendis non debz intervenire aliqua
obligacio aut solucio sicut nec p ipis vendendis p c ad audiam
y de esse. Itm in provisione ora veniunt sunt quibz non pt pveniri
ad effectu provisionis 2 hic apca ecia d provisione includunt vz clauduntur

inter eundos professionis suspectos
Et sic etiam videtur dicendum ad secundum principaliter quia ex quo principaliter principaliter
obligatio talis non tenuit de iure nec etiam pena apposita tenet
videlicet ex contractu ut premium Et hoc est videndum si ista exceptio
est de iure aliquo et si solum est iniusta vel si de iure tenuit licet iniuste
fuit lata vel si non solum est iniusta sed etiam ipso iure nulla
Et in istis duobus dubiis petitur expeditio.

et c. si. si eo tempore li. vi. et mele e. ti. lrãs unde si ordo fratrum hospitalis Jerosolimi
observari debuit nõ re habuit ad hoc consequi ipsorum finis observans sz aliud hospitale
in aliis ptibus et illud imitari dz Jerosolimitanum pp. suum principium ad quod sequit.
licz 2m finem sit Cracovien. vl pragen. Ex quibus sequitur q fratres de pdcis
diversitatis se alioqui q ad hospitale mutaverit ordine et transferentes se ad
militiã vl ad alia patienda finalit principium et ipsum ordinem pdiderunt qz cessante
causa finali cessat effectus Sed contra hoc opponit. ostiensis in c. ad liberandam
de Judeis impte decisa que decisa fuit ẽmo tercii de passagio terre sancte qz osti.
glozat. et ibi super verbo quibusdam religiosis comendis d. q hospitalarii et
templarii ad hoc sũt spaliter deputati ut intendat continue et insistat defensioni
terre sancte unde multis privilegiis sunt decorati ut pz de prule. dilecti in c. porro
de deci. excepte tua. §. sed predecessor quia quidã finio decretalia decisa una cu glo. osti.
po. ibidem Jo. an. in novella Ex quo videtur constare qd sicut ibi sit 2 hic 2m
tenorem istarum lrãrum licitum erat eis ad militiã divertere contra infideles salvo ipsorum
ordine Jo. q ibi dicitur intelligit. de hospitalariis quorum ordo mutatis nõ recepit
nã licet essent psone ecclasiste et ideo inhabiles ad militia. xii. q. i. duo sũt genera
tamẽ pp. necitatem defensionis terre sancte ipsorum et etiã templariorum militiã etiã tolle
rauit put nõ. ibidem in glo. i. que licz loquatur de templariis tn eadem e ratio de
hospitalariis qr ista compatiuntur in Jure ut in Juribus allegatis et i. c. i. de vbo. signi.
li. vi. et ibi in glo. sz in quo Et ideo in favorem defensionis predc. ec[…]os recepit
in filios ppos ut nõ. c. dco. c. ad liberandã nõ tn pp. hoc sũt exempti a legi. et nõ.
de verbo. signi. venientes li. vi. Ex quo sequitur q istorum hospitalariorum est duplex
effectus unus pp. que sunt / alius pp. que sũt vl fuit milites 2 2m psupponit primu
tamqz fundamentu sicut actus 2s psupponit actu pmu et sicut accessorium suum principale et
p 9ns de nã istorum militum est ipos debere ẽe hospitalarios nõ solũ voce sz etiã signi
ficatione xxiii. q. ii. c. i. xxxii. q. iiii. dicit qz nõ sermoni res sz rei sermo dz esse
subiectus de verbo. signi. intelligentia / Cum aut natura istorum fratrum de prussia
non est talis qz non sũt veri hospitalarii sz sola denominatione sit dicuntur nomen
bene sibi attraxerunt sz vim nominis subtraxerunt qz hospitalibus nõ insistunt
sz armate militie nec morantur in hospitalibus sz in castris fortissimis et aliis
domibus non sunt pcures egenorum infirmorum sz sunt dñi provinciarum et castrorum
sicut notu est pmundum Et qz non sunt pp. hospitalia procuranda sz pncipal.
pp. militiã extendam nõ ad defendendum sz ad offendendum nõ p defensione tre
sancte sz ad occupandũ terras et dominia aliena sicut met fatentur p lrãs oms
lrãs / que de hoc dant optim testimon et apud mundum est notoriũ quod etiã
soli fatentur in cartulis ad iustificandum sua dominia impdita causa oblatis
Et ideo que dicunt. in Jure hospitalariis istis fratribus nõ conveniunt nec
pnt de ipsis intelligi tn non sit idem ordo hic et ille. diversitas enim principii
et finis facit diversitatẽ ordinis ut supra dictum est / et ad diversitatẽ causarum
sequitur diversitas effectuum. viii. q. i. in scripturis de conse. di. ii. qz corpus de supp.
olim. de elec. cu int universas et c. cu inter canonicos de conces. preben. cu in cau
li. vi. Preterea non conveniunt in fine principali hii 2 illi g° nec conveniunt in principio
pp. mutuaz consequentia qz sicut pmum trahit ad se suũ fine. ff. de le. iii. l. si quis
et xxviii. di. q. sic eo. finis trahit ad se suũ pmum dco. c. qz et ff. de addi. le. l. iii.
nã finis sine pn° esse non pt. spe. ii. pte desen. §. iiii. pueg ante [...] sz ecce Cum
ergo nõ conveniunt in fi. nec in pn° g° nec in mediis cu media sapiunt naturam extremorum
de dona. cu dilcus de app. inquisitioni / finis cu hospitalariorum est vsari circa hospita
lia tamqz circa ppriam materiam infirmis et peregrinis intendere et accessorie uo naturę

inminente militia exercere ats non sunt censendi ueri hospitalarij Unde spe. de instru. edi. §. fi. ad. Et etiam d. q hospitalarij seu orphanotrophi sunt quasi tutores pupillorum seu curatores adultorum et ideo faciunt quasi inuentarium. Horum aut aliorum finis solum est pugnare. Et ad contra isti fratres conueniunt cum hospitalarijs in esse militie ratione cuius sunt in iure priuilegiati ergo debent censeri eodem iure cum illis cum sit eadem ratio de transla. inter corpalia §. i. Sol. sicut effectus uel opus non attribuitur instrumento sed principali operanti xxiij. q. v. §. hinc notandum post prin. ibi nunquam glabitur serra contra eum qui secat in ea sic pugnatur. Et licet sit concessum ratione militie cuius non est esse per se sed in esse alteri et sequitur naturam sui principalis non attribuitur militie tamquam instrumento sed suo principali scilicet ordini Et ideo licet ista conueniunt in effectu militie et 2m q non in substantialibus conueniunt q cum conueni ut 2m effectum principalem dicitur simpliciter conueniens xxiij q. i. §. i. et ij. de elect. dudum 2o de appel. cum specialis xxiij. q. iij. sex sunt Preterea nec reuera in hoc accessorio conueniunt quia hospitalariorum militia fuit necessitas istorum fratrum uero est uoluntas sicut declarant omnes iste littere et ideo illorum militia tamquam laudabilis fuit approbata istorum uero tamquam uituperabilis est sacris canonibus reprobata et tamquam iniusta ex causa et ex causa patet xxiij q. i. q culpatur et q. ij. c. i. et ibi in glo. mag. Unde bus Aug. pacem habere uoluntatis est belli aut debet esse necessitatis Non enim pax queritur ut bellum exerceatur sed bellum geritur ut pax habeatur Itaque necessitas hostem deprimit non uoluntas xxiij q. i. noli Ex quibus sequitur q omnes littere quarumcumque libertatum exemptionum facultatum confirmationum et quorumcumque concessiones uel indulta qualescumque et qualiacumque a Ro. pont. uel ab imperatoribus siue Regibus uel principibus aut personis alijs concesse uel concessa istis fratribus sub nomine uel titulo fratrum hospitalis Ierosolimitani sunt surreptitie irrite nulle quia ipso iure atque false stato quia in ipsis notorie falsa causa exprimitur falso enim tales se appellantur cum re uera non sunt ab eo q res est uel non est oratio dicitur uera uel falsa 2m aristotelem in predicamentis nam cui non conuenit effectus nec nomen debet conuenire de pe. di. i. §. ii. ut xpus ait extra de uerbo signi. forus. i. q. i. c. ij. falsitas aut cause omnem dispositionem uitiat no. de affi. et consang. quia circa in glo. pe. Et per consequens patet q utentes istis litteris sunt tamquam falsarij puniendi ut c. ad falsariorum de crimine falsi et uide q dicta de hoc §. c. super uerbo instringere Et dico puniendi sine accusatore et sine alia probatione ex quo de hoc est facti euidencia ut patet ex inspectione Registri huius cause vide q no. in glo. n. c. de manifesta. ij. q. i. et posita in summa de falsa. §. qualiter probatio circa princ. et q dicta §. c. super uerbo instringere Euidencia enim patrati sceleris non indiget clamore accusantis de accu. euidentia ymo a nonullis asseritur nunquam fuisse in re publica aliquod hospitale sancte marie in Ierusalem constructum

Secundo ponitur ad differentiam fratrum hospitalis sancti Johannis Ierosolimitani ac etiam fratrum hospitalis sancti sepulchri Ierosolimitani ex quibus casus inc. interdicitos de dona. et dicunt illi Johannite q isti fratres Theutonici receperunt ab eis habitum quia a crucis ipsorum alba receperunt sibi mantellum album a mantello uero ipsorum nigro receperunt sibi crucem nigram Sed circa hoc potest non immerito dubitari de istis fratribus postquam notorium est primi dum ipsos non intendere hospitalibus sed militie et per consequens non esse eiusdem religionis cum hospitalarijs et constat ipsos esse professos cuius ergo Religionis siue ordinis existant cum professio sine alicuius Religionis esse non potest quia ista sunt idem in esse q probatur de religio. do. c. uiuo li. vj. in glo. sup uerbo professo Si dicitur q sunt de ordine militum quia propter militiam contra infideles exercendam iste ordo sed in ipsos est principaliter institutus ut dicitur in articulis supra in princ. prelibatis Ex quo uidetur sequi q iste ordo non est Religiosus sed potius secularis quia militia non est actus religionis sed potius magnificentie que est pars fortitudinis dirigens hominem circa negotia

bellica 2m tuliu po. rethor. et arlcz iiij. ethi. Religio aut e ps iustitie hns pem
nentiaz int' uitates morales inquatuz sz dirigit in eo q magis de ppinquo ordinat
et dirigit hominez ad deu quam alie uitates morales inquatuz sz dirigit ita ea
que directe z i mediate sut i honore dei et diui^m cultu sicut sut sacrificiu et
oblatões etc. Unde Tull'. po. Rethor. Idem asatorbus adiustiaz ptinet religio
pietas gratia vindicatio obseruantia et uitas. Sed posset dici 2m b. tho. 2a 2e.
q. lxxxi. ar. ij. q religio habet duplices actus quosda ppos et i mediatos quos
elicit p quos homo ordinatur inmediate ad solu deu sicut sacrificare adorare etc.
Alios aut actos hz quos pducit mediantibus uitutibus inferioribus quibus ordinat imperat
ordinans illos in diuinaz reuerentiam qz vtus que opus tenta fine imperat uitutibus
ad quas ptinent ea que sut ad finem. Unde Jacobi po. religio munda z i maculata
apud deum et patrem hoc est visitare pupillos z viduas in tribulatione eorum
sm pdcta actus religionis pducendu Impij est visitare pupillos et viduas in tri
bulationibus eorum est tn actus elicitus a miia que est inferior vtus moralis. In
maculatu se tene ab hoc seculo Imperatiue Religionis est Elicitiue uo temperantie
ul' alterius vtutis. Similiter de milicia est dicendu q ad religione ptinet
Imperatiue inquatuz sz est ad honore dei et diuini cultus defensione. Sed
contra hoc statim sequitur q clerici z pbri istorum fratrum non sunt eiusdem ordinis
cu istis laicis militibus. Ratio qz ipi non sut professi regula respcu milicie nec
sunt ad militiam ordinati et diuisitas cause facit diuersitate in effectu ordinis ut
supra in proxima notula igitur etc. Reuera no video q huic ar.to possit dari
so. Unde b. tho. 2a 2e. q. lxxxviij. ar. 1. dicit q status religionis est quoddam Status religionis
exercitiu quo quis exercetur ad pfectione caritatis. Sunt aut opa caritatis diuersa
quibus homo vacare pt similiter et diuersi modi exercendi. Et ideo religiones
pnt distingui dupliciter vno mo sm diuersitate eorum ad que ordinatur sicut si vna
religio ordinatur ad peregrinos hospitio suscipiendos alia ad redimendos captiuos
ul' ad uisitandu infirmos. Vnde e q in collationibus patrum Abbas nester distinguens
Religionum studia dicit quida summaz intentionis sue erga heremi secreta z cordis con
stituunt puritatem. Queda erga institutionem fratrum et Cenobiorum curam quosdam vero
dexij id e hospitalitatis delectat obsequium etc. Alio mo pt esse diuersitas Religionum sm
diuersitatem exercitiorum puta qz in vna religione castigatur corpus p abstinentiaz
ciborum in alia p exercitiu operum manualium ul' asperitate vestium etc. Sed quia
finis est potissimu in vnoquoqz maior est Religionum diuersitas que attenditur
2m fines ad quos Religiones ordinantur quia que attenditur sm diuersa exerci
tia et sm q. Et sicut maioritatem sic et diuersitatez Religionum oportet ex fine at
regulam acquirit̃ de offi. oc. c. quanto de regularibꝫ c. fi. possicꝫ eius ec.
nusu et mochu ff. de acqren. possin. l. cu heredes i glo. de sue vnde
tles qui renũciat ꝑpo viue debent de fructibꝫ dotis sui hospitalis vel
monastij put nota. in c. tu. iohnes de regularibꝫ p Jo. an. et alios
et ideo nõ debet fundari hospitale siue monstium sine dote suffiti i. q. ij
placuit de insti. c. i. vanientia ut declaraty st nuo cle in pnᵒ. In medi-
cantibꝫ vero succedunt elemosine loco dotis Jo. an.

Ex quo sequit̃ q dniuꝫ reꝫ pncipalr et radicalr est apd hospitale
vel monisterium siue locum aliud p aliqua Religione deputatum non
apud fres Regulares. Ro sicut eim refert inter dnm et seruum qꝛ
seruus est gra sui dni et nõ econuso Nam hospitale sic isti fres re-
gulares dnt ee gra hospitalis cuiq fres esse dnr et nõ econuso Nã

vacat

vacat

hospitale nō debz ee pncipalr ppt rpos · ſz ppt paupes ꝛ infirmos
ꝑpī q · viij · ſancimꝰ · Et iō qcqꝫ legatr uel donatr hospitali intꝫ gr
donatū pauperibꝰ quod not Jo · an · in · c · dudum de testi · coniuga ·
sup vbo paupm hinc etiam est q qcqꝫ donatr istis fribꝰ intuitu hospit
intelligit ee ſtm de testa cū i officiis ꝛc · requisisti · Et q hospitale cuiꝰ
fres ſe esse asserūnt nullū est i ee nullū domiūm · q pfessioni rglari
repugnat hre rez dominiū tam i singulari q̄ ī ee ɔmunē · licꝫ adinistrō
nō repugnat ſiue adinistrandi ptās · vnde qui adinistrat alicui hos
pitali noīe ppo ꝛ nomīe vniūsitat adinistrat ꝛc · q tō ptās ul adinis
tratō monasterij dicat ptine ad Abbatem put nor · xviij q · ij · nulla
ptās tn dominij eoꝝ nc pt ee apud singlos obstante pfessione singloꝝ
nc pt ee ɔmuni apd vniūsos · q idē iur est in toto qd in pte · xij ·
di · c · j · ꝛ pbat glo · j · ic · maioribꝰ de pben · cū ſi

Ex quibꝰ cōstat euidenter omem trāsactōm omem donacōm ꝛ qnār
omez ɔtractū in quo trāsfert aliquod domiūm cum istis fribꝰ ſtm ee
inualidum · Sequit ſlr omem ſnām diffinitam adiudicatoriā
alicuiꝰ possōis uel dominij ee nullā · Eo q neqꝫ age pnt neqꝫ co
ⱶhe · nisi nomie hospitalis aut domus religiose huiōd in qua fudat
dnīum · cuiꝰquide pcuratores esse dent nō dnī · nā omes adinistratōes
pcuratorꝫ noīe intelligunt · j · q · iij · ſaluator · de p° vide Jo · an · i c · qto
de offi · or · ſr glo · hic pꝫ vbi dicit q vbi agit de pecunia ul alia ciuili
querimonia cōtra rglarem nō ht locū qo cū nc ppriū heat · xij · q · j · nolo ·
ꝛc · nō dicatꝰ de ꝛo · vide Jo · an · i c · cū olim ij de pruileg ſr vbo · pmotꝰ
vbi dc q ſiue Religiosus ſibi stipulet ul monastio ſuo ſīt pſonat
ul quocqꝫ mō alio ɔhat monstio aqr · Secus ſi stipulet alij · tc enī
nc illi aqr q nō pt · nc ecc dno aqr q nō vult ~~[illegible]~~ ff de stipula ſuoꝝ l ſimil
(ſiue monstio)

Ex quibꝰ pꝫ manifeste error istoꝝ frm q cū hospitalia nō
heant · neqꝫ loca Religiosa huiōd in quibꝰ hitent noīe ſui ordis
agut cohūnt ꝛ omnia faciūt · q licꝫ collegia ul capitla ſecularia
quoꝝ pfessioni nō repugnat habe possꝫ omīu dnīa · pnt noīe ſui collegij
ul capli age ꝛ cōtrahe · hoc tn nō habꝫ locū in Regularibꝰ · vnde licꝫ
quiqꝫ Abbas agit p ſe ꝛ ſuo Couētu · hc tn in ppe quod rtitat Jo · an ·
i · c · Abbe de re iudi · li vj · ſr glo · ij · in fi · pꝰ Jo · mo · ꝛ archi ·
~~Conuētus aūt eorudem frm ſiue loca in quibꝰ habitant cū nō ſit~~
~~ɋ alicuiꝰ rei publice · ſz puate istoꝝ frm nō acquirnt eis aliquod~~
~~dominium~~

ſ ɔpeui ɔstitutꝰ i glo · i ·
i ſua remissioe

Ex quibus infertur consequenter quod isti fratres tenentes possessiones et magna terrarum dominia nomine sui ordinis et non nomine alicuius hospitalis etc. voto paupertatis professionis damnabiliter praevaricant, ut videtur, et tamquam proprietarii sunt de iure puniendi per c. cum ad monasterium de sta. mo. Ideo quod ex quo hospitale Iherosolimitanum in rerum natura non est cuius se fratres asserunt, eius nomine non potest aliquid possideri quod de iure possidere cuius nomine possidetur de resti. spo. cum venisset et per omnes tenentes ea nomine ordinis tenent, etiam ea nomine ipso quod totum includit suam partem et ... in c. toto de re iud. li. vi. et idem est iudicium totius et partis ... penale. Ex quo sequitur proprietatem usurpatam, meum enim est quod mecum est commune cum aliis et quod iuvat suum non esse iuvat sibi commune non esse ff. de usu. leg. l. si pupillus § ult. et facit ad hoc c. cum in illis de preben. li. vi. et quod ibi notatur in glo. fi. ¶ Ex quibus suppositis inferuntur conclusiones infrascriptae. Primo quod bona generaliter omnia qualitercumque per eos acquisita vel detenta sunt de iure vacantia quantum est ex parte istorum fratrum et per omnes ordinem tamquam per eos illicite occupata. Dico notanter quantum est ex parte ipsorum quia quantum est ex parte aliorum quibus de iure competit repetitio et restitutio ut quod sunt eis per violenciam spoliati etc. non sunt vacantia quia ius et dominium remanet apud ipsos

Sequitur etiam quod tam omagia vasallorum quam subiectio civitatum terrarum et quorumlibet communitatum et etiam subditorum et singularium personarum etiam iuramento firmata ipso iure habent corruptum ordini non obligat nec communitates ille neque illi tenentur istis fratribus tamquam suis superioribus de iure in aliquo obedire propter istas veritates, quod ex quo constat quod conventum et ordinis predictorum nullum potest esse dominium nulla ... eius fundata iurisdictio et sic ex opposito nulla subiectio, et sic nulla subiectionis obligatio. Ergo ipso iure nullius fidelitatis huiusmodi iuramentum quod iuramentum meum non potest eum facere dominum qui de iure dominus esse non potest, nam pacto privatorum iuri publico minime derogatur de pac. competenti sunt diligenti cum concor. et facit optime regula Nemo potest de re iu. li. vi. et quod sunt ea notat dominus

Sequitur etiam quod obligatio eius facta de ducatu qui novamarchia appellatur fuit et est ipso iure nulla, et ideo dominus ducatus potest de ipsorum manibus recipi sine alicuius pecuniae solutione propter quod nullum ius potest competere dictis fratribus detinendi nec aliquo iure possunt repetere pecuniam mutuatam

Sequitur etiam evidenter ex premissis istos fratres numquam habuisse nec

[Left margin notes, partly cut off:]
...et ad dni. de s. ba. c. glz. ... p. st. paupertas ... castitas ut i. c. cum ... supra alle. to. voto ... pugnat proprietas et lyz ... obedie. ... que deo ... vonet ... malis alio ... velle principari aut ... alios in quibus salva ... deli ... qua ... deo ... dni. ... ratione beneficii ... requirat ut appet. ... sit magnarum terrarum ... alios ... ... fabricates ... principant quod est ... et p ... sic agentes ... infideles. ... deo ... reddere ... infidelis et stulta ...

[Right margin:] ut venit

habere potuisse iustam causam detinendi dominia ad Regem et Regnum Polonie de
iure spectancia que de facto occupant et per consequens sequitur evidenter de non iure
ipsorum sicut terris pomeranie culmen et michalouien quas a Regno
polonie abstraxerunt et eadem est racio de terris aliorum

Sequitur eciam ipsos fratres fuisse in culpa omnium guerrarum et stragium populorum
que hac occasione inter Regem et Regnum polonie ex una et ipsos ex alia parte
multociens sequebantur. Idem inter ipsos et alios principes eadem racio etc

Cum igitur constat evidenter ex predictis ad dictos cruciferos nichil iuris
pertinere de omnibus prefatis bonis terris et dominijs per eos occupatis tum
quia sunt eorum penitus incapaces tum quia falsitas litterarum et donacionum predictarum
falsam eis causam prestitit occupandi tum quia ea detinent nomine hospitalis
quod in rerum natura nullum est notorie tum quia ea obtinent per rapinam no
toriam Igitur constat notorie de non iure ipsorum et per consequens constat nulla
eis pro dictis dominijs actionem competere neque ex recepcione vel eciam defensione
sed simpliciter perhibent sacram Synodum fore realiter compellendos cum effectu ad
eorum omnium dimissionem et sic patet quid sit dicendum ad secundum propositum principale

et patent erronea

tum quia a tempore ... fuissent ...

scisse ...

Sequitur Tercium propositum principale

Circa tercium propositum principale scilicet an ista societas sive secta
possit Religiosus ordo reputari occurrit triplex consideracio videlicet
circa Religionis principium medium et finem. Religio enim proprie importat
ordinem ad deum cui principaliter alligari debemus tamquam indeficienti principio
Est autem Religio secundum b. tho. pars iusticie habens preeminenciam inter virtu
tes morales in eo quod magis de propinquo ordinat hominem ad deum quam alie
virtutes morales in quantum scilicet dirigit circa ea que divine et immediate sunt
in honorem dei et divinum cultum et ideo habet duplices actus quosdam proprios
et immediatos quos elicit per quos homo immediate ordinatur ad deum sicut
ut adorare sacrificare Alios actus habet quos producit mediantibus virtutibus
inferioribus quibus imperat ordinans illos in divinam reverenciam quia virtus
que operatur circa finem imperat virtutibus ad quas pertinent ea que sunt
ad finem Unde Iacobi j Religio munda et immaculata apud deum et patrem
hoc est visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum et sic potest

actus religion per modum imperij est visitare infirmos in tribulatione est tamen actus elicitus eius immaculatum se custodire ab hoc seculo imperate religionis elicitive vero temperantie etc. Aliter de applicatione est dicendum quod imperare religionis est in proprium est ad divinum cultum defension elicitive autem alterius virtutis inferioris.

Ex quo sequitur quod clerici et presbiteri istius societatis sive secte cum suis laicis militibus non sunt eiusdem ordinis sive religionis. Ratio quia cum applicatio non competit ordini clericali non possunt clerici immediate et finaliter ad militiam ordinari distinctio autem religionum non capitur penes actus proprios et immediatos religionis quia in illis omnes religiones conveniunt sed penes actus imperatos virtutum inferiorum quod prosequitur Jo. an. in c. fine de regularibus dicens quod religiones possunt distingui duobus modis. Uno modo secundum diversitatem operum ad que ordinatur. Scilicet si una religio ordinatur ad peregrinos suscipiendos hospicio. Alia ad redimendos captivos. Alia ad visitandum infirmos etc. Alio modo secundum diversitatem exercitiorum puta quod in una religione castigatur corpus per abstinentiam ciborum in alia per exercitium operum manualium vel asperitatem vestium etc. Sed quia finis est potissimum in unoquoque maior est religionum diversitas que attenditur secundum diversa exercitia et secundum opera penes fines ad quos religiones ordinantur quam hec que attenditur secundum diversa exercitia et secundum opera. Nam comparatio finis est absoluta quia finem querimus propter se. Sed secunda est respectiva quia exercitium non propter se queritur sed propter finem.

Ex quibus etiam sequitur quod licet tam clerici quam milites layci in dictorum fratrum conventibus profiteantur regulam sancti Augustini non tamen ipsi clerici cum dictis militibus possunt dici eiusdem religionis ordinis vel eiusdem professionis. Ratio quia licet isti et illi eandem sunt professi non tamen respectu eiusdem finis. Diversitas autem finis facit simpliciter diversitatem ordinis. Identitas vero regule non facit ydemptitatem in religione quia plures religiones distincte profitentur eandem regulam videlicet beati Augustini etc.

Ex quo ulterius sequitur quod clericorum huiusmodi facta professio in manibus laycorum et militum predictorum est erronea ac sacris canonibus inimica. Dico erronea quia contra generalis concilij prohibitionem facta de quo in c. fi. de religiosis domibus quod prohibet ne quis profiteatur religionem nisi per sedem apostolicam approbatam. Idem in c. unico e. ti. li. vi. ibi Ro. Item erronea quia colligere et coniungi non possunt quibus studia sunt diversa xxxi. q. vij. in nova actione. Et hoc verum in claustralibus

ſcdm Jo. an. qui hoc not in c. cu deputati. de iudi. ſz ubo. ſtudijs Et ideo dicat q hoies diuſe pfeſſionis ſiue diſpar cultus no debent ſociari i uno officio de elec. cu tam. hoc vim q no debent ſociari collegialr ut ſint unu corpus uel collegiu ſz ut ſingli no phibent ut puta q ſint arbitri uel iudices vt no. d. ar. ff. card. fflor i cle. 1. de elec. pus pau ſtc erronea. q nale eſt cuilibz agenti ppt fine omia q ſub ipo fine continet dirigere ad eundem finem. no igr clericus p votu obedie ſubiectus laico militi pt ad aliud dirigi. niſi ad ea que ſt milicie z pquens nie conueniencia ordini clericali pprm q. huj cliti. No em pt idem ordo ſiue eade res aut corpus diuſis que ce- ſtri de deci. cu in tua. q ſi dirigetur ad aliud iam ſequitur neceſſario diuſitas ordinis ex diuſitate finis Si ad nichil dirigitur erit deriſo- ria clis pfeſſio

Ex quo ſequitur eciam q votu huiuſmodi clericor z laicor cſtitutor dicatur ſolempniter emiſſum. eos no obligat ad iſtius religionis obſuaciam ymo ad nulla religione ſimplr eos obligat de quanto intendebant iſta ſpecialiter duntaxat pfiteri. z no aliam. p ho eſt ra. Neq pt de re iur li. 6. z q not ibi dnq q ſi pfitens ſciuit in- poſſibilitate conſentire no videtur ff. de acci. z obli. no ſolu. ſi ignora[ta] error impediuit conſenſu ff. de iur. oc omi iudi. ſi p errore deficit ergo nalis obligacio deficiente conſenſu z pquens cum rom voti eſt clis p- feſſio. votu em zm Jo. an. i nouella. de vo. c. unico lib. 6. eſt alicu boni cu deliberacione fca pmiſſio. de re em mala uel de bona ſine delibe- racione no obligat zm hay. et hoſt. remiſſiones ibi vide. Pro 2o dcto pfate concluſionis eſt glo. que incipit quo ad rcipien dcto c. unico que hoc dictat ſz ſi huc ordine intendebat pfiteri z no aliud no e obligatus Ale ſic Et creditur ei q nd eſt viſſile q ſit imemor ſue ſalutis. q. q. vij. ſanctimq zc Ro huiq eſt q hoc caſu pfitens reglam pfitebatur zm iſtu mod viuendi z ppter iſta Religionem alr no facturus ſi ignt pride no tret nec acceſſoriu. de r. i. iuſtru. mr dictos Secus ſi appareret aliqua vita voluiſſe abſolute mutare. q hoc caſu lic no obligatur illi Religioni tn obligatur ordini in gnie vt d c. no ſolum z ſe. de Regula. li 6.

Nota pfeſſio

Ex quo ecia ſequitur q ſi clis pfeſſus dimiſſo huiuſmod Religionis habitu redeat ad ſeclm no ppter hoc ſi maz excacois ul cone apoſtaſie i curit a iure plata. cum clès i c. ij ne cle ul mo. li 6. Ro ibi ponit

glo. ij que intelligit(ur) de hiis qui p(ro)fitent(ur) religionem p(er) se(dem) ap(osto)licam approbata(m)
Sequit(ur) etiam quod si laycus p(ro)fessus huic ordini uel clericus non in sacris or-
dinibus constitutus post huiusmodi p(ro)fessionem matrimonium contraheret teneret tale
matrimonium non obstante tali p(ro)fessione. hoc verum si p(ro)fitens credebat illa(m)
fuisse approbatam. p(ro)bat(ur) clare p(er) c. quod votum de vo. et vo. re. li. vj. in tex.
et in glo. Et tantum quo ad consideracionem primam

Secunda consideracio circa Religionis statum

Circa religionis statum est aduertendum. Quia prout dicit b.
tho. 2a 2e q. clxxxviij ar. 2o. Quia Religionis status ordinat(ur)
ad p(er)fectionem caritatis que se extendit ad dilectionem dei et proximi. ad di-
lectionem dei directe p(er)tinet uita contemplatiua que soli deo vacare desiderat. Ad
dilectionem autem proximi p(er)tinet uita actiua que deseruit necessitatibus proximorum
Et sicut ex caritate diligit(ur) proximus propter deum ita etiam obsequium dela-
tum in proximos redundat in deum et in id ma(tthei) xxv. Quod vni ex minimis
meis fecistis mihi fecistis. Unde et huiusmodi obsequia proximis facta quantum ad deum
referunt(ur), dicuntur esse sacrificia quedam et in id ad heb(reos) ult(imo). Beneficientie
et communionis nolite obliuisci talibus enim hostiis p(ro)mere(tur) deus. Et quia ad re-
ligionem p(er)tinet proprie sacrificium offerre deo consequens est quod aliqui religiones
ad opera actiue vite ordinant(ur). sicut hospitalitas militia etc. Cum igitur mili-
tare ad effectum ut eripiant(ur) bona infidelium de ipsorum manibus et in usus
proprios istorum fratrum conuertant(ur) est militare propter se non propter deum. non propter utilitatem
proximi et publicam. sed priuatam et propter commodum proprium non ad defendendum op-
pressos sed ad opprimendum alios. quod est omnino contra statum religionis. Unde videtur
est quod non potest iste ~~actus~~ status religiosus ordo aliqualiter reputari. sed prophanus.
Dicit enim idem doctor c. q. ar. iiio. Quia militia que est pro diuini cultus
defensione et salute publica. uel etiam pauperum oppressorum p(er)tinet ad religi-
onem. Illa non que est propter aliquod mundanum tenendum contra omnem Religionem guerra
quod dicit not(ar)i p(er) Io. an. et alios d. c. Sane de reglaribus qualibus ista c. in proposito ut pro
luce clarius ex ipsorum litteris et articulis suprascriptis et notoriis in facto dat cui
des testimonium nella igitur ratione inficiari potest istum statum esse contra religioni

contrarium. Et quia vitium religioni oppositum est superstitio. Igitur hec milicia
non religio sed superstitio est dicenda. Superstitio autem secundum glo. ad colos.
2. c. est quando humane tradicioni nomen religionis applicatur nec quod quantum
de se est non pertinet ad dei gloriam neque ad hoc quod mens feratur in deum aut quod
carnis inordinate concupiscentie refrenetur. aut etiam si sit preter dei et ecclesie constitutiones
vel communem consuetudinem communem que per legem fundata est secundum augustinum. totum hoc in
cultu divino reputatur superfluum et supersticiosum verba sunt b. tho. 2a 2e q. xcij
ar. 2o. Tale etiam miliciam b. bern. reprobat scribens ad fratres milicie
yet templi dicens 2o c. Non sane aliud dices inter vos bella movet lites que
suscitat nisi aut irrationalis iracundie motus aut inanis glorie appetitus
aut terrene cuiuslibet possessionis cupiditas talibus certe ex causis neque occidere
neque occumbere tutum est etc.

Ex quibus sequitur evidenter quod non est idem sentiendum de ista societate
sive secta quod de aliis religiosis ordinibus ad miliciam institutis. Quia illi
fuerunt propter ecclesiam instituti necessitate et utilitati rei publice. videlicet pro defensione
terre sancte et in iure reputantur approbati. dicit enim idem sanctus ~~doctor~~ tho. quod propter
defensionem propriam secularium ecclesia tunc aliquas religiones ad militandum
instituit. unde notandum omnia d. c. ad liberandam de iudeis in parte decisa sunt
verba religiosis commendis que hospitalarii ad hoc sunt specialiter deputati ut in terre — & templarij
sancte defensioni terre sancte. Et ideo fuerunt multis privilegiis decorati ut
de privile. porro 2 c. dilecti de decimis ex parte tua. de hospitalariis verbo
non aliis videlicet sepulcri domini causa que est in c. inter dilectos de donationibus etc. Hec non
secta ut videtur fuit temerarie ipsa istorum fratrum adinventa. licet nec civili
et canonico iuris sit reprobata. Pro quo advertendum quod supra distinguitur
collegium per doctorem in c. dilecta de excessibus prelatorum. quod quedam collegia
Collegia surgunt ex naturali ut illa que sunt de iure gentium ut collegium civitatis
ville etc. Alia que non sunt de iure gentium sed ex voluntate sicut colle-
gia religiosorum canonicorum etc. Et de istis traditur talis regula. Cum omne — in 2a d. in f. …
collegium est prohibitum nisi inveniatur expresse approbatum in iure ad hoc
inducitur ff. de colleg. illicit. l. i. Approbata autem sunt omnia collegia
in iure corpus que faciunt artem licitam in civitate vel municipio et etiam
illa que sunt intuitu pietatis ut corpora que sunt ad adiuvandum oppressos vel alendum
expositos ff. de colleg. illi. l. i. Et hoc bene inter seculares. sed si sunt reli-
giosi collegia ipsorum non sunt approbata nisi sint de religionibus approbatis
de religi. domibus c. fi. et c. ti. c. unico. li. vi.

Ulterius propter premissa dicunt etiam isti fratres licet ad excusandas excusationes

ynt vide

in ptis, quod eorum ordo sumpsit inicium in civitate Aconen Ihrlitane provincie · ptendentes ipm originaliter ibi tunc fuisse institutum, scilicet pro defensione terre sancte, quibus sic se intelligunt contradicat privilegium ipsum · videlicet honorij ppe iij · quod sub hoc tenore se ptendunt, quod sonare videtur in hac forma Novella plantacionem vram rore aplice gre irrigare pponimus et fecunditate bonorum operum qua viget ad pns et vigebit favente divina clemencia in futurum vigilantis cure ipendio adiuvare Eapropter dilecti in dno filij, vris iustis postulacionibus clementer annuimus et domum vram seu hospitale in quo estis ad dei laudem atque defensionem suorum fidelium et liberanda xpi cruce congregati cum omnibus possessionibus et bonis suis · que in presenciarum licite habere dinoscitur aut in futurum iustis modis prestante dno poterit adipisci · sub beati petri et nram proteccionem suscepimus et presentis scripti patrocinio communimus etc. et paucis interpositis subiungit Statuimus ut ordo fratrum hospitalis Ierosolimitani circa pauperes et infirmos ordo vero fratrum milicie templi circa clericos et milites perpetuis ibidem temporibus observetur etc. Datum Anagnie per manum magistri Symbaldi sancte Romane ecclesie vicecancellarij v. kl. Augusti Indictione xv · incarnacionis dominice anno mo cc xvij.

In quo quidem privilegio ut apparet principaliter duo facit, primo illud hospitale dicte civitatis Aconen in quo tunc fuerunt pro defensione fidelium congregati cum omnibus suis possessionibus presentibus et futuris iuste acquisitis et acquirendis recipit in proteccione / 2o ~~facit~~ statuit certis ordinem ibidem videlicet in eodem hospitali perpetue observandum · scilicet quod circa pauperes et infirmos ordinem fratrum hospitalis Ihrlimitanorum teneant · circa vero clericos et milites ordinem templariorum · / Circa primam partem dicit notanter domum vram seu hospitale · non dicit domos vras seu hospitalia sancte dicit in quo estis non dicit in quo eritis · postea isto relicto sancte dicit ad defensionem suorum fidelium non ad offensionem · nec dicit ad eripiendum bona infidelium de ipsorum manibus et usus suos convertendum · sed ad liberandam xpi crucem quod duntaxat convenit locum terre sancte · Circa 2am partem dicitur notanter Ex ista ordo debet ibidem perpetue observari · non dicit alibi quod privilegium datum uni loco non extenditur ad alia nisi hoc exprimatur. ut de decimis ad audienciam

Ex quo sequitur, quod cum istud privilegium et alia similia non sunt data

ordini · sed illi hospitali duntaxat fauore defensionis terre sancte omnes est
quod destructo hospitali posito ibidem ab hostibus omnia ipsius priuilegia sunt
destructa Ita ponit notabiliter glo. fi. in c. Abbate de v. sig. cum tocior.
Et ibi Jo. an. sr ea. Sed destructo et non reedificato alibi reedificatum
habebit eadem priuilegia · tamen immo de elec. quod dilige. / Vel tamen ipsum pri-
uilegium datum ordini durat ordine durante datum vero loco vel possessionibus
quamdiu sunt ordo durat etiam remoto ordine de re. de. c. ij. de sta mo. reco-
lentes et per omnes cessante isto priuilegio cessauit ille ordo eodem priuilegio
institutum

Preterea posito enim quod istud priuilegium fuisset etiam concessum ordini
non solum illi hospitali Et quod eiusdem ordinis est principaliter inten-
dere hospitalibus circa pauperes et infirmos et secundario vero circa militiam
religiosam duntaxat quo ad personas laycas videlicet pro defensione terre
sancte quorum neutrum conuenit istis fratribus · ergo cessante causa cessauit
priuilegium quo ad ipsos quod probat glo. iij. pri. q. i. generaliter. Nam si aliquod
priuilegium datum est religiosis cessante religione cessat priuilegium /
ut xxv. q. ij. § vltimo · et decretalis Abbate de v. sig. Quo ad primum res in
facto est euidentissima et luce clarior · quod non intendunt principaliter hospi-
talibus circa pauperes et infirmos / Nec secundo conuenit videlicet militia quia
illorum militia fuit necessitatis et ideo per ecclesiam fuit approbata tamquam iusta
istorum vero fratrum militia est mere voluntatis et ideo tamquam sacris canonibus
inimica est reprobata et tamquam iniusta ex anima et ex causa patet xxiij q. i. quod
culpatur. et q. ij c. i. et in glo. magna · Unde b. Aug. pacem habere voluntatis
est bellum autem debet esse necessitatis · non enim pax queritur ut bellum exerceatur.
sed bellum geritur ut pax habeatur. Itaque necessitas hostem deprimit non voluntas
xxiij q. i. noli quod persequor plenius circa tempus · et quod tractatu secundo circa pro
conclusionem Cum autem clare constat huic ordini ~~[illegible]~~ istorum fratrum
non esse illum et eundem ordinem de quo in priuilegio posito honorij pape iij
sequitur quod falso dicatur quod hic ordo recepisset initium de Acon · maxime cum
quod · fere quasi se appellant fratres hospitalis Iherosolimitani cum ab illis de toto dis-
conueniunt et aptius dicerentur templarij propter maiorem conuenientiam quam
hospitalarij

Ex quo sequitur euidenter / quod hec secta ~~[illegible]~~ ad obtinendum aliqua
dominia per hos fratres sub specie religionis temeraria est incepta et falso

introducta contra legittimas et canonicas sanctiones. dicit enim b. tho. 2a 2e
q. xciij ar. 1. quod vicium falsitatis incurrunt qui ex parte ecclesie cultum deo ex-
hibent contra modum divina auctoritate ab ecclesia constitutum et ecclesia consuetum.
Unde violator legis est qui absque licencia principis novum ordinem vel
collegium sibi instituit. ff. de colle. illi. l. j. et iij de reli. de c. fi. Dic-
untur ~~fuit~~ in proposito quod dicti fratres predicto hospitali relicto fecerunt sibi no- (provide fuisse)
vum ordinem asserentes quod per plures summos pontifices iste eorum ordo sit institutus ad ex-
terminandum infideles. quod non solum est novum sed valde erroneum in re-
ligione christiana. Omnia autem talia colle. et in fo. an. de palle. to c. dilecta
de excessi. platorum. licet nomine bonum habeant vel religionis. tamen quia
male operantur occasione collegij sunt illicita et iure prohibita. pro eo et in
primis sunt destruenda. ad hoc inducit l. ult. de colle. illi. et l. que ibi po-
sita. Et hec sufficiant de consideratione secunda.

Tercia consideracio

est respectu finis circa quem versari debet ~~religio~~ iste ordo

vero circa hos et circa adultedum q. ad hoc sit iste ordo per de... institutus ut quoslibet hostes christi possit invadere, extimare de manibus eorum ~~...~~ quippe et in suos conatus pavguncto... et per quos circa hos ca... dei sunt luculentius ... ex quibus clarius patet

~~circa quod est advertendum~~ to quod sicut religiosus status ordinatur
ad perfectionem caritatis ut supra dictum est circa quam caritatem versari debet
finaliter quelibet religio. Ita ex opposito ista secta. que est omni religioni
contraria ut dictum est ordinatur ut videtur finaliter in eius oppositum. et nichil opponitur
caritati nisi peccatum mortale. de pe. di. ij. caritas etc. ex radice sequitur
quod hec secta finaliter et fundamentaliter in peccato mortali consistit et per consequens est
heresis. nam quicquid est enervativum caritatis ut peccatum mortalis, indictum est
eciam offensivum fidei quia caritate non stat esse sine fide de. c. caritas
nec fidem esse valentem sine caritate dicente apostolo. j. ad cor. xiij c. Si ha-
buero omnem fidem ut montes transferam caritatem autem non habeam nichil
sum vel nichil mihi prodest etc. Igitur sequitur istam sectam in fide esse erroneam
~~et per consequens~~ et ideo hereticam ~~et hoc est~~ nam ipsimet ipsi fatentur in suis articulis quibus
confirmant omnes livonie potentes scilicet quod ipsorum ordo ad exterminandum infideles et ad
occupandum ipsorum dominia est institutus et ponuntur fateri eos quod ipsorum ordo
non est ad perfectionem caritatis sed verius impietatis et crudelitatis non ad be-
neficencia ostendendam proximis sed ad sevicia ostendendam. non ad subveniendum
proximo. sed ad nocumentum inferendum. quod repugnat dilectioni dei et proximi

et p q̄ns Erran̄tes veritati ~~[illegible]~~ Vnd b. Bernar-
in libro ad hugonē mḡrm milicie templi scribit sic teplarijs ꝛc. c.
Quis igit̄ finis fructus ve sclari huiꝰ nō dico milicie s; malicie
si et occisor letali pctat ꝛ occisus eternali perit Et post pauca subdit
Nō quidem pagani necandi essent si q̄modo alr possent a nimia
infestatōe seu oppressione fideliū cohiberi ꝛc. / ꝓximos aūt nr̄os q̄stuq̄z
infideles parum nō dubitat ꝛm q̄ legit̄ de pe. di. ij. Si ꝯ caritate q.
ꝓximos ꝛ c. in tex. ꝛ in glo. Et ideo licz pctm infidelit̄ ꝑpor. sicud et
aliud pctm̄ q̄cūq̄z in hoīe diligendum nō est ut ꝛm nam humana ꝛm
quā ad ymaginē et similitudinē dei fcūs est homo ꝯ caritate dili-
gendus est quilibz iuxō preceptū dnī luc. x. ꝛ marc. xij. c. Vnd Aug. q
dicit Nō ergo suscipiamus pctores ꝑ pt̄ hoc q si pctores s; tn̄ cosipos
q ꝛ hoīes sūt humana consideratōne tractemꝰ ꝑsequamur i eis ꝑpriam
iniquitatē misereamur ꝯdicōnē naturam lē i Canoē dno ysta. xxiij. q. iiij

Cū aūt iste ysit ꝑphanus ordo ~~formaliter~~ et heresis est ~~[illegible]~~ explicatio adūtendū ꝛm
petrū de Tarentasia e° simile di. xxiij. q hes inepta. diuisio a comuni ^Et qz p̄t admi... fide lib diuis...
fide spali hes appellatr̄ doctor tho. ibim in scripto ꝛ not. archi. xxiiij. q. iij
in c. heresis. Vnd cum iste ordo huiꝰ errorē cōtinet fidei cōtrariū q ꝛm aplm
et in p̄dcōs articulos ꝛc.
p caritatem opat̄ ad Gal. v. c. in eo vz q includit violencia ꝛ rapina
ꝛ p q̄ns sediciones homicidia ꝛc. Quis igit̄ dubitabit eundem ordinē ~~[illegible]~~ Et videlicet ...
~~dicere heresim~~ ꝯcludente fide explicam / cuiꝰ fidei forma est caritas et
sine qua impossibile est placē deo ad hebre. xj. c. cuiusqz fidei actus nō solum
est crede deū sicut credunt demones ꝛ cōtremiscunt Ja. ij. c. Nec solū
crede deo quod etiā est informis fidei que sine operibꝰ caritatis mortua
est ut in eode c. s; crede in deū vt dicit symbolū aplicū i. credendo p
dilectōne dei videlz ꝛ ꝓximi ire in eū ꝛm Aug. thā super qd verificat̄ d
aplo Sci p fidem vicerūt regna adepti sūt ꝑmissiones ꝛc. ad ebre.
xi. c.

Cuiꝰ q ad hes pt tali gsidari triplex
~~Quia aūt heresis triplex pt considerari~~ radix ~~pdicta~~ ꝛm dicam tri-
plici ꝑ pctō mortalis In quo triplici pctō fundamentali hec consistit
ista secta ~~[illegible]~~ /

Prima radix attendit̄ respectū ꝓximi qui offendit̄ cōe eius dīne
legē precepta / Nam istū ordinē ēe institutū principalr̄ ad occidend
infideles ꝛ ad rapiendū eis bona tpalia q aliud est dice qz q iste
corp ordo est instituꝰ ul fundatus s homicidio volūtario furto Rapina

et latrocinio etc necessarium est hoc fateri, quod tamen offendit non modicum pias
aures ~~et nullatenus dubitat in hereticum~~ quia quecumque opponuntur veritati divine scripture
vel canonice etiam opponuntur summe veritati a qua est quod probatur dicto c. heres
xxiiij q. iij et xxx q. j. violatores et per consequens opponuntur fidei que innititur
summe veritati tamquam suo obiecto. Sed non est dubium huius errorem pestiferum
insanire contra precepta decalogi. videlicet Non occidas. non furtum facias etc.

Insuper dicit apostolus Omnis enim lex in uno sermone completur scilicet diliges
proximum tuum sicut te ipsum ad Galat. v. c. Et alibi scribitur Qui proximum
diligit legem implevit. Ex quibus sequitur quod ista heresis in eo quod excludit
dilectionem proximi contrariatur etiam omni legi et rebellat divine maiestati
Includendo autem violenciam et rapinam includit dominandi libidinem et superbiam
que est omnium viciorum mater generans tam spiritualia vicia quam carnalia que apostolus
dicto c. v. ad Gal. enumerat scilicet fornicacio luxuria. inimicicie contenciones
ire rixe ydolorum servitus secte etc. dicens quod qui talia agunt regnum dei
non consequentur. Ex quibus infertur istum ordinem necessario non esse statum ad
perfectionem caritatis sed esse verius abissum peccatorum atque sentinam profundissime i
pietatis et iniquitatis et per consequens sequitur ipsum esse crudelissimam heresim

Secunda radix sive consideracio

Secunda radix est respectu istorum fratrum qui propter bona temporalia obtinenda
vel iam obtenta retinenda religionem sibi simulant quam non habent quod est
nimie cecitatis. Cecitas autem mentis et ebetudo sensus sunt vicia opposita — Cecitas ebetudo
dono intellectus secundum b. Tho. primum ex cecitate scilicet ad intelligendum debilitat
primum ex luxuria nascitur. secundum oritur ex gula. secundum b. Gregorium moralium xxxj. et
b. Tho. 2a 2e q. xv. ar. j. et ij. Que quidem cecitas sui ratione excludit penitus
intellectualis visionis lumen. Uno modo se spontanee avertendo ab ipso
iuxta illud ps. Noluit intelligere ut bene ageret. Alio modo per occupacionem
mentis circa ea que magis diligit sicut temporalia etc. secundum illud ps. Supercecidit
ignis scilicet concupiscentie et non viderunt solem, scilicet iusticie. Unde simulare religionem
propter bona temporalia in quibus finem constituunt vel ad disseminandum falsam
doctrinam est peccatum mortale secundum eundem q. cxj. ar. 2o. ex simulato secundum peccatum ipsum
est ipse mediatum quod datur in exterioribus signis factorum. Nam habitus exterior
in religiosis est quoddam signum status religionis representans in quo statu quis

obligat ad opa pfectionis vt in viro pposito licet habitus religiosus appeat
d istis fratribus religio tn nulla ut s patuit et sufficienter colligi ex cor
articulis z lris supplicis. Et ideo tales ypocrite cu quis no cuat sanctitate
vel religione. s sctus vel religiosus apparere est pctm mortale dta q. ar
e⁰. z allegat ide sctus doctor e. q. q. ar. 2⁰. bem Gregorius ~~sup. id~~
xxxj. moralium vbi d̅ Sunt nonnulli qui z sanctitatis tenent habitum et
pfectionis meritum exequi no valent. hos neqq credendum est in ypocritaz
numero currere. q aliud est infirmitate aliud malicia peccare
Vnde illi qui tenent habitum sanctitatis z meritum pfectionis no exequuntur sunt
simulatores q exterior habitus sanctitatis opa pfectionis significat
Et q ista simulatio mendacium sive ypocrisis ~~vult inesse isti huic secte~~ no videtur aliqua
et de se eciam citra quamcumque offensionem pximi est pctm mortale qd
cessare no pt nisi cessante ista secta z p qns clare pz de Radice 2ª.

Tercia Radix est eminacio ptatis ecclesiastice cum ptati ecclie contraria
ista secta. Nam licet sit euidens prohibitio Concilij gnalis expresse
phibentis de reli. do. c. fi. z e. ti. c. vnico li. 6. Nequis sibi assumat
aliquam de Religionibus que no sit p sedem Aplicam approbata. ista tn
secta huic prohibitioni resistit, facto qd no minus est q verbo resistere tenens eam ut tacite vel
na facto eciam negatur xpus qui est veritas xi. q. iij. exiant z no solum
in falsis verbis. s eciam in simulatis opibus mendacium est xxij. q. v. caueto
z p qns resistit ecclesie ptati; cuiusquidem prohibitionis ignorancia non
excusat. j. q. iiij. s. ultio. vnde talis pfessio no est nisi pcepti transgres-
sio que sm est pctm mortale opatur qd not in c. illud de ma z obe.
2 c. ij. Nec sufficit hic credere Religionem fuisse approbatam ex quo requiritur
ppt talem prohibitionem debita pdiscussio pficientes latam culpam effugiat
que dolo compatur et pq semp tali casu pfumuntur vbi de contr no no appz
dicitur enim lex q reus violate legis habetur qui contra legem ausus fuerit spare
qd licitum no est C. de pe. bo. pub. le. j. in principio

Ex quibus liquet manifeste q hec secta pmissa no simplex s multiplex videtur ~~heretica radice~~ heretica pace te
~~no est simplex~~ s admin dici posset triplex heresis seu triplr heretica,
omnis 2m radice p⁰ magis pp est heresis ... 2ª ypocrisis s ...
3am ydolatria de qua est dicendi. quod pbat verba bti Gregorij posita
in Canone si quis psbri lxxxj. di. Inquiet q pctm ariolandi est
no obedire z scelus ydolatrie nolle acquiescere. pctm q paganitatis exstitit

xplici precepto contiure et ipo dr nulli licet ronē huius titi dr eadē hec
largo sumpto vocabulo ī Hosti. ī suma de heti. § 1. v° et qui transgredit
Tales aut Sectaidos et heticos dt sctus doctor Iudeis et sarracenis
ee multo peiores qz infidelitas heticorum ē grauius pctm quam infidelitas
aliorum qz hetici qui pfitent fidem evangelij z ei͡us corrupunt grauius
pccant quam Iudei qui fidem nunquam susceperunt hij tn Iudei q suscepert
figurā eius in vetu lege quā male intpitantes corrupunt grauius pccant
quam gentiles qui nullo mō fidem evangelij susceperunt 2ª 2e q. x. ar. vj.

Cum igitur pfatos articulos istorum frm fore heticos nullus sane mētē
dubitat. de quibus z de lris eorum supradictis qua rlatone videtur constare
apud acta/ onē est ipos fres esse notorios heticos. et tamquam tales
precedendum erat Unde nōiat Inno. in c. cū olim de accu. qz ad hoc ut p-
cessus notorij locum heant nō est ncce qz omnes circumstācie sint note
alr nullum maleficium posset ee notoriū/ qz nullum est qz nō posset hre ali-
quā circumstanciā p quā excusari posset et ergo sufficit qz fcm non
possit infitiari licet excusari posset ad hoc ut pcessus locum heat sine
ordine Iudiciario Item nōiat dns ff. card' flor in c. vtrū de tehy-
cle. z multi. hic aut in pposito nedum fcm articulorum p dcorum. § ec-
fcm huius crudelis malicie quā excitant iux eosdem articulos z lras
dci fres nō solū negari nō pt quod est quasi toti mūdo notoriū. § eē
tollit omnis excusacō p easdem lras z articulos / Ex p quo seq'
qz lras huiusmodi ipsorum erroneas defendere est ipsorum defende errorem
Nam quid aliud est fauē huic corpti prist aut procinium ē ea pse-
tare. nisi fauē heresim z fauē hetice cōtra Conciliū gnale/ de quo ī
c. excoīcamus de heti. qm tales puta receptatores defensores et fautores
st. ipso excoīcati ipō Iure. sicut et ipi hetici/ quā excoīcacōm si parum
sustinuerint st° infames ī eligibiles ad publica officia actiue z passiue
intestabiles/ nec succedunt in hereditate. nullus tenē eis respondere
vsuq negocio. § ipi tenentur alijs responde Sentēcie ipsorum et instrumēta
st nulle atqz nulla. Clerici ab officio z bnficio deponuntur. ē. dcō c.
excoīcamus §. credentes/ Et ultra ista iā dca hodie nouo Iure crede-
tes receptatores defensores et fautores heticorum z ipsorum filij usqz ad
sedam gnacōm/ ad nullum bnficium ecclasticum admittuntur/ et quod secus
fit est irritum ipō Iure/ Et quicuqz sciens eos psumpsit ecclastice
tradē sepulture excoīcatus est ipo fco. usqz ad satisfactōm ydoneam
Nec absoluuntur nisi spēcijs manibus publice exhumet et pciet hmōi

corpa dampnatorum · prout hec et alia habentur in c. quicumque e. ti. li. vi.

Fautores autem hereticorum dicuntur quibus facto aut verbo eos protegunt. Jo. an. in novella · post archi. e. c. s. verbo fautores et in verbo defensores · facto scilicet si per ipsos in iure vel iudicio etc. facto enim velut nullo probato et in ipsum ii. q. i. §. quis autem eius ceteros · ibi notat alb. de aid constare non posse xxxvii d. erubescant vel si.

Item dicit quod verbis fautores quis posse excusando hereticum non colligitur lubrico nec pro toto quales sunt advocati / qui etiam ipsos defendendo eorum processus excusant / proinde dici fautores patet xi. q. iii timendo. ii. q. i. c. si. Item tollerate defendendo dicuntur etiam fautores Jo. an.

Preterea quanto quis defendit errorem quamque personam errantem · plus est dampnabilior simpliciter et dicitur heresiarcha · xxiiii q. iiii qui aliorum et est acius puniendus quam errans · ut in eodem c. Ad id et glo in palle c. excommunicamus § verbo defensores / Ex quibus patet quid sit sentiendum · de 2o puncto principali Aliis obmissis causa brevitatis que extensius posui et a textu literarum potano / Et tantum de primo tractatu

xxi

III

Et quia saluator noster Christus postquam premisit in Euangelio quod attendendum est nobis a falsis prophetis qui veniunt ad nos in vestimentis ouium intrinsecus sunt autem lupi rapaces / statim subiunxit a fructibus eorum cognoscetis eos / Quia non potest arbor mala fructus bonos facere etc. Math. vii c. Huius autem secte fructus pestiferi non solum videntur consistere in dictis erroneis et articulis supra memoratis sed in factis etiam et operibus scelerates et penitus contrariis Religioni christiane / Et ideo visis dictis superdictis que magis videntur concernere theoricam in hoc negocio Veniendum est ad practicam et ad inquisicionem ex officio huius sacri Concilii faciendam per qua deveniatur Articuli qui creduntur esse notorii et in quibus publica laborat infamia qui sequuntur infrascripti

In nomine domini Amen

Cum error cui non resistitur approbatur et veritas que minime defensatur opprimitur, proinde generale Concilium Constanciense ad hoc inter cetera extitit principaliter convocatum ut errores et hereses extirpentur. Igitur ad aviandum materiam certos errores continentem fratrum Cruciferorum de Prussia qui fratres sancte Marie de domo theutonicorum appellantur quam subiectio determinacioni eiusdem sacri Concilij et Domini nostri domini nostri pape secuntur infrascripta. Et ut clarius appareat ex suis propriis fundamentis eorum materia veritate facti in principio supponamus

Thema

Exorta discordie materia inter Serenissimum principem dominum Wladislaum Regem polonie ex parte una et fratres Cruciferos parte ex alia super nonnullis terris et dominijs et ijsdem Cruciferi fundantes intencionem suam super eisdem dominijs coram Serenissimo domino Rege Romanorum et hungarie Rege et suo substituto sive commissario ex utriusque partis consensu electis ad hoc concorditer assumptis plures litteras et diversas tam sub titulis Romanorum pontificum quam eciam Imperatorum produxerunt. In quarum una littera videlicet sub titulo Friderici Imperatoris ij producta continetur donacio eis facta terrarum tunc possessarum infidelium scilicet prussie / Curlandie / et lettowie / quas tunc acquirere ipsi debuerunt per arma bellica pro dilatatione fidei et Romani imperij prout acquisiverunt et eas etc. obtinent. Continetur eciam donacio omnium aliarum terrarum ipsorum infidelium quascumque perquirere possent cum eorum banderijs et exercitibus. In secunda vero eciam sub titulo eiusdem videntur eis donari tres alie terre scilicet Lithuanie et Samagittie tunc infidelium et terra Russie que est Scismaticorum quas non tenent sed pro parte excepta de terra Samagittie quam eciam obtinent. Littere vero sub titulis Romanorum pontificum producte scilicet Allexandri quarti et Clementis quarti summarie et in effectum hoc intendunt quod quascumque terras infidelium generaliter adiuti subsidio et exercitibus christianorum possent eripere de manibus paganorum deberent eorum quo ad

Prima probacio donacionis cruciferorum 3 terrarum

Secunda donacio pro littera

Tercia donacio

4ta donacio est summorum pontificum

Causa donationum — utilitatem pertinere tamen ipsorum beato petro et Romane Ecclesie reservata. In quibus omnibus litteris predictis pro causa principali huiusmodi donationum ponitur quod videlicet dicti

insistunt — fratres ad hoc insistunt ut fides catholica amplietur hoc primo. Secundo quod licet

falsa littera donationis — omnibus predictis litteris fratres hospitalis Jherosolomitani sancte Marie de domo Theutunicorum appellantur. De facto tamen ita est quod nunquam habitabant vel habitare consueverunt in aliquo hospitali vel quod unquam in aliquo hospitali fecissent vel facerent professionem regularem a tanto tempore de quo possit esse apud homines memoria. Vel ex aliquod tale fuit est vel auditum sunt esse in rerum natura ad quod currit ipsorum principaliter causa a predicto tempore. hoc 2º.

Institutio ordinis eorum — Tertio produxerunt in eadem causa nonnullos articulos asserentes tenentesque pro constanti et etiam defendentes quod eorum ordo ad hoc sit per predictas litteras institutus et eorum confirmatus, ut quoslibet hostes crucis Christi invadere eosque cum potentia exterminare et terras eorum seu dominia de manibus eorum eripere et in usus suos convertere pro augmento catholice fidei possit valeat et debeat. In quo articulo tenent et asserunt licitum esse quod religiosus

quod religiosus ordo militia exercere potest — ordo possit institui ad exterminandum quoslibet infideles, et ad eripiendum ipsorum dominia de manibus eorum. Item dicunt in eisdem articulis quod licitum fuit huic ordini omnes partes finitimas infidelium invadere, ac ipsorum bona possessiones terras et dominia de manibus eorum eripere et in suos usus convertere.

Item tenent et asserunt in eisdem articulis quod quilibet infideles propter eorum perfidia procul dubio sit a fidelibus contra fines orbis terre propellendi.

Item fatentur quod non nullas terras isto modo acquisiverunt ab infidelibus cum maxima effusione sanguinis christiani scilicet exterminando infideles hoc 4º etc.

Conclusio + — Isto preludio in facto presupposito surgit triplex questio. Prima utrum prefate donationes de iure valuerunt aut valere potuerunt ad effectum quod omnes predicte littere a vitio falsitatis possint aliqualiter excusari

Secunda utrum predictis fratribus possit vel poterit competere vel acquiri aliquod rerum dominium

Tertia an istorum fratrum societas sive secta possit conformiter ad scripturas canonicas religiosus ordo reputari. vel per ecclesiam aliquo modo approbari. De quibus dubitare non est inutile.

Et quia de hijs latius [aliqualiter y arizani] [illegible] circa textum lucij pro declaratione huius me breuissime expedio non gaudens allegationum multitudine sed paucitate contentus causa breuitatis

Quantum ad primum principale considerandum est causas circa omnia huiusmodi donationum juxta id quod ait textus: Cum in verbis dandis attendas quod vista: dans, quis, res, petens, que res, que causa petendi. Quod nota glo. que incipit Aliud est in c. et si quaestiones de symonia. Et sic secundum quod ergo causarum occurrit quadruplex [hic] consideratio. vj

Et primo ratione donationis clarum est de iure quod ambo videlicet papa et imperator easdem terras dictis fratribus donare non potuerunt. Ideo quia licet possessio ex pluribus causis quaeri habeatur dominium tamen non nisi ex una causa acquiritur quod enim est meum ex una causa non potest esse meum ex alia nisi desinat esse meum ut in c. inter dilectos de fide instrumentorum et facit c. cum ut quis dicas de elect. li. vj.

[Left margin: propter potestates sed ... dicti]
[Right margin: Prima consideratio est ratione causae efficientis]

Donatio autem imperatoris supradicta praesertim causa fidei ampliandae ut supra in themate de iure naturali non potuit nec subsistit. Ideo quia nullus debet re sua priuari nisi causa cognita. Causae autem fidei cognitio tamquam principale non spectat ad imperatoris officium, ergo nec accessorium sicut talis donatio. Indulgentia enim facultatis pugnandi pro fide pertinet ad ecclesiam ut in c. ista in summa de pe. et remis. et quilibet et qualiter ut quod de rapina, ergo talis facultas pugnandi per imperatorem concessa est nulla ipso iure, et per consequens et donatio, quia ea que fiunt a iudice si ad eius non spectant officium viribus non subsistunt ut in c. ca. de re iud. li. vj. hoc ratione secundum glo. ibidem etiam si bonum est quod faciat iudex ponit exemplum de bene quidam ubi licet statuit res ecclesie alienare non possit fuit bonum tamen statutum imperatoris sed hoc non valuit quia ad eius non pertinebat officium generale enim est quod non sufficit bonum facere nisi id etiam bene fiat.

Et Quamuis etiam papa supremus dei vicarius est in terris non tamen donare licite potuit terras infidelium absolute et generaliter dictis fratribus vel alijs, neque praeiudicium iuris naturalis et diuini. hoc ratione tamen ratione infidelitatis quam dilatabat naturali iure est censendi quod ratione papae eius potestas naturali iure et diuino est subiecta. Ratione primi papa non potest eos punire nisi peccent contra ius naturale exemplo deus punivit Sodomam et Gomorram quod pro primo. et doctores communiter dicunt quod sed hijs de uo. et vo. re. Et ponunt ibi certi casus in quibus per papam licite puniuntur [ubi] si impediunt [illegible] de cultura veri dei vel opprimunt eos predicatorem euangelij non admittunt vel ydola colunt cum naturale sit unum solum deum colere creatorem omnium non

[Left margin: cum quod hoc esset]
[Right margin: dicitur papa donare terras infidelium]
[Right margin: ubi si [illegible] vel impediunt [illegible] habitare in pace non permittunt]

creaturas priuare aut homis temporalibus est magna pena quam infligere alicui sine culpa uel salte sine iusta causa. maxime non conuicto. non confesso. non defenso. est contra ius naturale cum defensio est iuris naturalis. Dare vero facultatem aliena tollendi per violenciam rapiendi contrariatur legi diuine et preceptis decalogi scilicet non occidas Non furtum facias Exo. xx. Nam secundum b. augustinum in verbo non occidas omnis violencia est prohibita. In verbo vero furti omnis rapina ut in Canone xiiij. q. v. Dixit dominus et scilicet Racione status repugnat ipsa pastorali officio oues xpi luporum rapacitati exponere Christicolas infideles conpescat quas tamen pro sua possibilitate debet ad ouile xpi adducere. iuxta saluatoris dictum Jo. x. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili scilicet xpo et illas opportet me adducere etc.

2a consideracio respectu cause finalis
Remedia prout expedire videritis compescendo invocato ad hoc si
opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus felicis recordacionis
Bonifacii pape viii predecessoris nostri qua cavetur ne aliquis
extra suam Civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et

illis ultra unam dietam extra suam dioc(esim) ad iudicium evocari seu
ne iudices ap(osto)lice sedis deputati p(er) dictam eorum civitatem et dioc(esim) in quibus
deputati fuerint contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices
suas committere aut aliquos ultra unam dietam fines dioc(esis) eorundem
trahere presumant ac de duabus dietis in concilio generali et aliis
quibuscumque constitucionibus ap(osto)licis predecessorum n(ost)rorum Romanorum pontificum
tam de iudicibus delegatis quam de personis ultra certum numerum
ad iudicium non vocandis aut aliis editis que vestre possent
in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercicio quo-
libet obviare seu si eisdem magistro et fratribus vel quibusvis
aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod excommunicari
suspendi vel eorum ecclesie civitatis dioc(esis) et loca ecclesiastico
subici interdicto seu quod ultra vel extra certa loca ad iudicium
evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam
ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi eorumque locis propriis
ordinibus et nominibus propriis mencionem et quibuslibet aliis privilegiis
indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque
tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta
vestre iurisdictionis explicacio in hac parte quodlibet valeat impediri
et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in
nostris litteris mencio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate de-
cernimus quod quodlibet vestrum prosequi valeat articulum et pro(cessum)
in eiusdem cognicione quamvis eius interrupcione nullo fuerit impedimento cuiuscumque
expeditus, quodque vobis utrique vestrum a data presencium sit in premissis
omnibus et eorum singulis perpetuata potestas et iurisdictio attributa ut
eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus et singulis et
quoque predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta
fuissent et iurisdictio vestra super premissis omnibus et eorum singulis per

tacionem vel modum aliud perpetuata legittime competisset quibuscumque constitucionibus
contrariis non obstantibus. Quod si prefati magister et fratres infra presentis pre-
cepti nostri effectum parere non curaverint et eis obedire contemp-
serint, nos perceptores eorundem ut infra peremptorie temporis spacium post
citacionem vestram huiusmodi cum omnibus eorum juribus et dicte domus
exempcionum privilegiis si que habent idem videlicet magister et
fratres quos pro confirmacione huiusmodi principaliter et proprios repertores
predictorum compassivum [illegible] personaliter. Alii vero procuratorem seu procuratores
ydoneos plenum et sufficiens mandatum ac plenam et liberam potestatem habentes
seu habentes ad obediendum et parendum eorum nomine et parte sua super premissis
nostris ordinacionibus beneplacitis et mandatis coram nobis compareant se sentent
huiusmodi super premissis judicio vel concordia finienda et terminanda et statuenda
dominus plenarie pariturum et alias facturi et recepturi quod de jure
eisdem possit beneplacito voluntatis. Alioquin nisi paruerint et dicta
privilegia portaverint illa dicte sedis apostolice ostensuri extunc privilegia
ipsa suspendimus et ipsos in eisdem sive ordinariis volumus esse sub-
iectos ac subiectos contra eos procedi prout iustum fuit et expedire vide-
rimus, predictis eorum absencia non obstante. Ceterum si prefatus magister
et fratres plures vel aliud seu alios aut non fuit in domibus seu
domiciliis eorundem citari vel ipsi impedimentum prestiterint ne citari
valeant, nos quidem volumus et decernimus quod et cuilibet vestrum presentis
auctoritate litteras ipsos dictis aliquibus diebus vel festivis cum plures
convenerit ad divina ut sic facta citacio ad eos plenarie veniat
presumatur citare vel citari facere publice in ecclesiis civitatis vel
locorum insignium magis vicinorum in quibus possitis tute moneri
et deinde procedere contra illos sive citati fuerint statuto ipsis
peremptorie termino comparituri coram nobis comparuerint sive compare-
re contempserint iuxta formam premissam ac si citati essent legittime coram
nobis quod quidem citacionis modum nobis sic licitum observari etiam
in aliis citacionibus faciendis de illis seu contra eos ut coram
nobis debeant vel procederent comparere quos quidem citacionis

ita volumus et decernimus eosdem citatos arctari ac si eos personaliter co-
ram possent comprehendisset et eorum presencia facte esset quacumque
contraria non obstante dicte vero citacionis per quam predicti magister et
fratres citati fuerint ut coram nobis deberent ut premittitur comparere
ac formam et quidquid super premissis duxeritis faciendum nobis plene
litteras vel instrumentum publicum harum seriem continentes fideliter intimare
curetis. Dat. Avinion. iii idus Marcii pontificatus nostri anno
quarto. Quarum siquidem litterarum apostolicarum auctoritate admissa
dicti domini Regis seu procuratoris eiusdem prefatos magistrum et fratres
dicti ordinis ac specialiter et nominatim advocatos et commenda-
tores eiusdem ordinis videlicet commendatorem generalem advoca-
tum Culmensem ac de Thorun, de Grudencz, Lipnensem, Rednensem,
Engelsbergensem, Columbensem, Strasbergensem, Papowensem, Wenzlawensem
ac de antiquo castro Thorun et infra Cuyavie Nessoviensem
Nesschoviensem, Orloviensem, Quirinensem, Brestensem, Cowaliensem,
Radzoviensem et Arssenburgensem, infra vero Pomeranie Elbingensem,
Gdanensem, Dirssoviensem et Swecensem, infra autem Prussie Marien-
burgensem, Cristburgensem, Bessoviensem, Elbingensem, de Balga, Regensem ac ceteros
tunc dicte terre advocatos et commendatores coram nobis iudice
supra nominato apostolico ad terminum locum et tempus prefatum citavimus.
Comparente igitur iudicialiter coram nobis loco et termino prescriptis
supradicto magistro Bertoldo de Rudnik iuris perito procuratore
dicti domini Regis Polonie nomine procuratorio ipsius qui de mandato
suo seu procuratorio fidem fecit per publicum instrumentum scriptum
et subscriptum per manum publici notarii et sigilli dicti domini
Regis appensione munitum cuius tenor talis est. In nomine
domini amen. Anno a nativitate eiusdem domini millesimo ccc°
xxxix° indictione septima die septima mensis Januarii hora
post completorium pontificatus sanctissimi in Christo patris et
domini nostri domini Benedicti divina providencia pape xii anno

quarta Indictione mei infrascripti publici notarii et testium subscriptorum ad
hoc vocatorum specialiter et rogatorum Excellentissimus princeps dominus Kazi
mirus dei gratia Polonie Rex Illustris constituit fecit posuit et
ordinavit honorabiles viros dominos Magistros Jaroslaum de Bogoria
Archidiaconum Cracoviensem, Bartholdum de Rutsbort Wratislaviensis
diocesis presbiteros et Albertum plebanum de Bochna Cracoviensis
diocesis Absentes tamquam presentes et quemlibet [illegible] eorum
in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum
incepit alter eorum prosequi valeat et finire suos veros et
legitimos procuratores actores defensores et nuncios speciales in causa et
causis quam et quas habet et habiturus est cum religiosis viris Magistro
et fratribus domus beate Marie Theutonicorum de prussia super quibusdam
terris et bonis infra Regnum Polonie consistentibus coram supradictis
Reverendis dominis nunciis et iudicibus aliis cum venerandis viris dominis
Galhardo de Carceribus preposito Catulley Colocensis diocesis et petro
Gervasii Canonico Aniciensi Curie Camere apostolice predictis nunciis vel altero
eorum aut quocumque alio iudice seu auditore dato vel dando tam in
agendo quam in deffendendo dans et concedens eisdem suis procuratoribus
et cuilibet eorum in solidum plenam liberam et omnimodam potestatem agendi
defendendi excipiendi replicandi libellum seu libellos et quascumque alias
petitiones dandi et recipiendi litem contestandi de Calumpnia et veritate
dicenda iurandi ac prestandi in animam suam cuiuslibet alterius generis
iuramentum et aliud prestandi si opus fuerit deferendi terminos dilationes
et dilationes petendi ponendi et articulandi positionibus et arti
culis respondendi et exceptiones cuiuslibet generis proponendi testes
instrumenta litteras et quascumque alias petitiones dandi et recipiendi
litem contestandi publicationes testium producendarum ab aliqua partium
iurare videndi contra replicandi et suspectos dicendi locum iudices
et notarios eligendi et transferendi ac assessores petendi
sententiam diffinitivam audiendi ab ipsis vel eorum altero si necesse
fuerit appellandi apostolos petendi et appellationem prosequendi

restitucionis beneficium in integrum et absolucionis ad cautelam quocienscunque
opus fuerit implorandi alium vel alios procuratorem vel procuratores loco eorum
et ipsorum cuiuslibet constituendi seu substituendi eum vel eos quociens
et quando eis vel alteri eorum videbitur revocandi et ipsum eum
et tales et omnes procuracionis huiusmodi resumendi prout eis vel
eorum alteri visum fuerit utilius expedire et generaliter omnia alia et
singula faciendi et exercendi tam in iudicio quam extra que circa premissa
fuerint et que veri et legitimi procuratores et defensores facere possunt
et exercere possent et deberent et que ipsemet dominus Rex facere
et exercere posset si personaliter presens adesset et si mandatum
exigant speciale. promittens sollempni stipulacione idem dominus Rex
se gratum ratum habere et firmum quicquid predictos suos procuratores
vel ipsorum aliquem et substitutum vel substitutos ab ipsis vel altero
eorum in premissis et circa premissa actum factum et procuratum fuerit sive
gestum. volens et idem dominus Rex predictos suos procuratores et eorum
quemlibet et substitutum vel substitutos ab ipsis vel eorum altero ab
omni satisdacionis onere relevare promisit michi notario
publico infrascripto legittime stipulanti vice et nomine omnium quorum
interest vel interesse poterit sub futurum iudicio sisti et iudicatum
solvi cum omnibus clausulis oportunis sub rerum suarum omnium ypotheca
In quorum omnium ~~et singulorum~~ testimonium presens instrumentum publicum per me
notarium infrascriptum scribi voluit et rogavit ac suo sigillo
Regni sigillari mandavit. Actum Cracovie in domo habitacionis
venerabilis in christo patris domini Johannis divina et apostolice sedis providencia
episcopi Cracoviensis Anno indiccione die mense horis et pontificatus
quibus supra presentibus venerabili in christo patre domino Johanne episcopo
supradicto et inclito principe domino Nicolao dei gracia duce Opa-
niensi domino Ottone Cancellario polonie domino petro de
wyssil Castellano Sandomiriensi domino Nicolao de Cosshutchow
Castellano Cracoviensi et aliis multis testibus fide dignis
Et ego Albertus Cristini clericus Cracoviensis diocesis publicus apostolica
et Imperiali auctoritate notarius predictis procuratorum constitucioni et substitucioni
ac relevacioni et promissioni necnon omnibus aliis et singulis dum

cum supradictis testibus presens interfui et ea que omnia scripsi et publicavi
manu mea et signo consueto signavi Rogatus / Dicto itaque termino
producto idem procurator libellum seu petitionem suam obtulit infrascripti tenoris petens
contra Magistrum fratres et commendatores predictos vel aliam personam pro ipsis legitime
intervenientem procedi prout in petitione tenetur petitionis et litterarum apostolicarum
commissionis predicte quibus propositis et oblatis comparuit etc. discretus
vir dominus Jacobus de Arnoldivilla plebanus Culmensis dyocesis procurator et
nomine procuratoris Magistri et fratrum predictorum qui de procuratorio suo fidem fecit
per publicum instrumentum scriptum et signatum per manum publici notarii et dicti
Magistri sigilli appensione munitum cuius tenor talis est / In nomine domini amen
Anno Nativitatis eiusdem Millesimo cccº xxxviij Indictione sexta quarta
die mensis decembris hora sexta vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo
patris ac domini domini Benedicti pape xij anno quarto in curia paro-
chiali in antiqua civitate in Thorun Culmensis dyocesis in presentia mei publici
notarii ac testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum Magi-
ster ac Religiosus vir dominus Theodericus burgravius de Aldenburg
ordinis hospitalis beate Marie domus Theutonicorum Jerosolimitani generalis
Magister de voluntate et consensu expresso suorum conpreceptorum videlicet Luthol
Magni commendatoris Heinrici Marschalki Sifridi hospitalarii et
commendatoris in Elbingo Hartungi Drapparii et commendatoris in Crist-
burg Theoderici Thezaurarii Gerardi et commendatoris in Thorun Aliorum
que officialium et fratrum sui ordinis tunc conventum ac capitulum facientium
pro se et omnibus et singulis preceptoribus commendatoribus prelatis fratribus conventibus
domibus et locis mediis Religionis domus et fratribus sui ordinis infra prius
sue Culmensis Pomoranie Cuyavie et Dobrinensis terrarum dicte Culmensis
dyocesis ordinavit discretum virum Magistrum Jacobum de Arnoldivilla plebanum
Culmensis dyocesis Vimdone civitatis Pomeranie dyocesis et quemlibet ipsorum
insolidum ita quod non sit melior conditio occupantis suos et eorum et singulorum
preceptorum commendatorum prelatorum fratrum domorum conventuum locorum et membrorum
predicti sui ordinis nuntios procuratores et actores speciales in omnibus
singulis causis quas vel quam ipse Magister aut conpreceptores commendatores
prelati et fratres vel aliqui vel aliquis eorum seu aut ordinis sui nomine
habet vel habent habiturus est vel habituri sunt contra vel adversus eum
illustrem principem dominum Kazimirum Regem Polonie et suos subditos nostro

coram Reverendo ~~domino~~ patre domino Jaroslao sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo
ceterisque dominis episcopis et clericis dicti archiepiscopi metropolitani sive suffraganeis
ac aliis universis Regni Polonie tam clericis quam laicis coram quocunque vel
quibuscunque judicibus ordinariis vel etiam delegatis datis et dandis sive ac
conceptorum suorum cum procuratori nostro et vice dictis partibus et cuilibet eorum in solidum
in causis et litibus predictas plenam et liberam potestatem agendi defendendi excipiendi
replicandi judices tres et dilationes petendi et recipiendi ~~appellandi~~ per Revocandi
et Restituendi juramentum calumpnie ~~tam clericis quam laicis coram quocunque vel~~
~~quibuscunque judicibus ordinariis vel etiam delegatis datis et dandis~~ de
de veritate dicenda et quodlibet aliud licitum sacramentum et cuiuslibet ipsorum prestandi
in animam et defensiones opponendi et probandi testes et instrumenta producendi et alterius
partis testes instrumenta et munimenta et eos vel ea reprobandi concludendi sententias
sententiam vel sententias audiendi et appellandi appellationes et alias quascunque litteras
testimoniales petendi et recipiendi appellationem prosequendi alium vel alios
loco sui substituendi et revocandi ipsos et quociens sibi videbitur expedire
et omnia et singula faciendi et exercendi que circa premissa occurrerint facienda
et etiam que veri et legitimi procuratores et actores negociorum gestores et sindici
facere possent et que ipse constituens et quilibet aliorum superdictorum facere posset
si presens esset in premissis et quolibet premissorum etiam si mandatum exigunt
speciale promittentes se velle quod super ratum et firmum perpetuis temporibus habituros
quicquid predictos suos procuratores et sindicos aut substitutos ab eis factum
procuratum fuerit sive gestum actum anno judicii mense die hora pontificatus
predictis et loco predicto presentibus honorabilibus viris dominis Nicolao Cusado Nicolao
Cardinalis fratre minorum in aliorum et maiori parte conciliis ibidem Johanne
Albo pro procuratore ibidem fratre Henrico plebano ibidem ac consulibus
scabinis et civibus civitatis eiusdem et aliis multis testibus ad premissa
vocatis specialiter et rogatis et in evidentiam minori sigillum dicti generalis
Magistri de Marandria cum presentibus est et appensum Et ego Enoch
Kuczmannus de Bythom clericus Cracoviensis diocesis publicus auctoritate imperiali
notarius ... ordinatum ut omnibus aliis premissis una cum prenominatis
testibus presens fui presens presens instrumentum publicum feci manu mea propria conscripsi
... supradicta ... generalis ... subscripsi Rogatus ...
... predictos et producta premissa ... premissorum ... premissa
quod nos intendebat in hoc consentire tamquam in judices suos ...
... suorum ... comparare ... coram nobis ... simulis et ...
... ... ad ... ... appellatus ... ... eo

fessum allocucionis Reverendissimi vos vero attendentes quod in dicta eo pretorum
magistri fratrum ac commendatorum seu priorum contumaciam exigente non obstante
de iure et vigore apostolici rescripti procedere poteramus instante procuratore
dicti domini Regis et pro vos procedere in ea pro dicto petente peticionem
oblatam nomine partis dicti domini Regis Kazimiri tenorem qui sequitur
continentem / Coram vobis venerabilibus viris dominis Galhardo de Carcenak
preposito Titulensi Colocensis diocesis et Petro Gervasii canonico Vivarien
apostolice sedis nunciis speculatoribus ac iudicibus necnon subscriptam
a sede apostolica specialiter delegatis cum clausula quatenus vos vel alter vestrum
proponit magister Bertholdus abbas domus de Paradiz procurator et pro
curatorio nomine Serenissimi principis domini Kazimiri Regis polonie
illustris contra fratrem Theodericum de Aldenburg et fratres
domus sancte marie Theutonicorum in prussia prout eorum commorantibus
et personarum legittimam introductionem pro se et dicit quod dudum prepositos
coram eis in consistorio cum sanctissimo in christo patre et domino domino
Benedicto divina providencia papa xij et coram Reverendis patribus
dominis Cardinalibus qui tunc temporis in eodem consistorio erant proponere
dicti domini Regis et fratres dicte domus tunc temporis consistentes multis
supradictis nonnullas terras et dominia infra Regnum suum polonie
consistencia videlicet terras Culmensem et Michalowiensem quas detinent
indebite et occupatas sed et pomoranie primo et postmodum
certis temporibus terras Wladislaviensem Brestensem et Dobrinensem terras
ad Regem predictum et ad progenitores suos de iure spectantes et
infra Regnum ipsum consistentes recolende preclare memorie domini
Wladislai Regis olim polonie [2]   patris dicti domini Kazimiri Regis po
[2] Regis lonie predecessoris non sine magna strage populi fidelium crematione
Centum Ecclesiarum nec non castellis in impetu et per violenciam
occupaverunt et adhuc de facto detinebant per violenciam occupatas
tamen super quarum recuperationem ipsius Regis nec non tocius dicti Regni sui
dicte terre ut premittitur spectare intendunt sicut eciam plenitur sciunt
super dicta terra pomeranie per certos iudices delegatos et felicis re
cordacionis domini Johannis pape xxij domini adhuc agente in humanis
administracione clare memorie dicti domini Wladislai olim Regis polo
nie tunc viventis proposita fuit liquide apparet ac dictum Regnum nec non
sancte Romane Ecclesie unde census nomine denarii sancti petri

eiusdem Romane ecclesie de debito multipliciter defraudata extitit premissorum
eidem dampnum et preiudicium omnibus et singulis que vera erant et sunt
ad audienciam dicti Sanctissimi patris deductis ac supplicato eidem pro parte dicti domini
Regis ut providere super hiis de opportuno remedio dignaretur et demum
de mandato eiusdem Sanctissimi patris deductis factis sufficienti fide in Ro-
mana Curia per dictos magistros et fratres erant super predictis que merito a fama
ipse Sanctissimus pater volens quod dicta fratrum si veritate fulcitur comuniter
obtinens predictos inter ceteros decrevit voluit et mandavit vobis domino Ge-
rhardo ac Petro executoribus et iudicibus antedictis cum clausula super
dictos Cruciferos vos vel alter vestrum per vos seu alium deputatis in huiusmodi
occupacionibus incendiis sive dampnis simpliciter et de plano et sine strepitu
et figura iudicii veritate cognoscere inquisicionem recipere curaretis et si vobis
legittime constiterit de in huiusmodi occupacionibus dampnis et incendiis
supradictis et personis que quod fratrum predicti commiserunt curaretis et si vobis
legittime constiterit dictos incendiarios nomine excommunicatos publice nunciaretis
diebus dominicis et festivis et per alios eciam in locis ubi expedire videbitur faci-
entis publice nunciari et ab omnibus arcius evitari. Cum igitur ad peticionem et
procuratoris nostre parti se offerat et coram offerat se paratus de premissis
plenam vobis dare fidem et vos super eisdem sufficienter informare petit
idem quod super contentis magistrum et fratres supradictos et eorum suppositos
fautoresque et successores aliorum iuxta mandatum apostolicum eundem
per vos vel alios et in locis ubi videbitur expedire faciatis excommunicatos
denunciari et publice pronunciari et ab omnibus arcius evitari et eciam
eos quod alios in huiusmodi occupacionibus incendiarios ac dampnorum
huiusmodi illatores ad reedificacionem ecclesiarum per eos vel eorum opera aut
premittitur destructarum ad satisfaccionem et emendacionem aliorum bonorum immo-
bilium necnon ad restitucionem plenariam dictarum terrarum cum fructibus inde
perceptis et rerum mobilium inde ablatarum seu amissarum vel solucionem
estimacionis earum. Rerum mobilium ablatarum seu emendacionem dampnorum
super dictis bonis immobilibus illatorum que omnia estimat ad Centum
nonaginta quatuor cum dimidio millia marcarum Polonici pon-
deris et monete et ad hoc ipsos plus similiter condempnari taxa-
cionem per vos omnes factis deductis bonis mobilibus per personam et ipso-
rum qualitate et valore seu estimacione eorum mobilium seu incensorum
et deperditorum ubi eorum valor seu estimacio aliter probari non potest
iuramento domini Regis prefati et aliorum qui proculdubio dampna huiusmodi
declarandi ipsi domino Regi et aliis dampna passis integraliter faciendo

nullo eciam super hoc appellacionis suffragante remedio petens tamen
similiter quod super premissis processum cogit execucionem debite dema-
dari sublatis contradictoribus quibuslibet et rebellibus cuiuscumque status
dignitatis ordinis vel condicionis existant per censuram et suspe-
sionis Inposicionis et interdicti sentencias in ecclesias eorum ac domi-
nii statis seu communitates earundem terras et alia iuris remedia pro-
ut expedire viderit compescendo invocato eciam ad hoc si opus
fuerit auxilio brachii secularis non obstantibus et clausulis opportunis
Expetit eciam nomine quo supra quod si predicti Magister et fratres in hac parte
processibus vestris ac mandatis negligunt efficaciter obedire eos quo-
que coram summo pontifice peremptorie citetis quod infra semestre tempus
spatium post citacionem huiusmodi cum omnibus eorum et dicte domus corporacionis
privilegiis si que habent idem videlicet Magister et fratres quos per infor-
macionem prehabitam publicatam et precipuos reperit predictorum processuum pa-
tronos principaliter alii vero procuratorem vel procuratores ydoneos cum
pleno et sufficienti mandato ad obediendum et parendum eorum nomine
super premissis apostolicis ordinacionibus beneplacitis et mandatis apostolice
conspectui se presentent plenarie et paritum super in premissis et hiis
que circa premissa quomodolibet sedes apostolica duxerit statuenda et alias
facturi et recepturi quod sedis apostolice processit voluntate Alioquin
si defecerit in premissis vel aliquo premissorum quia decernitis sicut
et ipse dominus summus pontifex decrevit et voluit quod omnia ipsorum
exempcionis privilegia eo ipso sint suspensa quemadmodum ipse suspendit
eadem pontifex et voluit eos ordinariis suis esse subiectos
prout predicta omnia et singula in litteris apostolicis super predictis et predictorum
verum confectis et vobis directis plenius continetur Eciam petit
insuper super predictis omnibus et singulis sibi a vobis simul et separatim
fieri iusticie complementum predicta autem omnia et singula atque de predictis
omnibus melius poterit proponit dicit et petit premissis predictus cum
dampnis fructibus interesse et expensis factis et protestando de faciendis
et cum omni eo cum modo et nomine ac iuris forma quibus melius
potest vestrum officium implorando salvo iure addendi minuendi
corrigendi supplendi et mutandi cum aliis iuris beneficiis opportunis
Recepto igitur peticione predicta prestito per eum de calumpnia de veritate
dicenda legittime ac concedendi predictorum et procuratorem dicti domini Regis

contumaciam partis adverse / Datis etiam articulis et testibus productis examinatis
receptis et eorum attestacionibus publicatis productis eciam instrumentis quibus
uti voluit idem procurator domini nostri predicti procuratore dicti domini Regis polonie
predictum procuratoris eiusdem Renunciatum extitit et conclusum et et nos in ipsa
altius examinatam habuimus processus huiusmodi visis et auditis
informacionibus et allegacionibus et aliis iudicia cause productis et actitatis
ac iuribus cause eiusdem et merite iusticie laude discussis et deli-
beratis cum deliberacione prehabita diligenti [illegible] et ea parte dictis
cum magistro et fratribus ac commendatoribus citatis ad audiendum nostram
diffinitivam sentenciam ad diem presentem dicto magistro Bertoldo procuratore
dicti domini Regis polonie ad hoc in ecclesia pretacta constituto et
parte ac presenti per nos diffinitivam sentenciam postulante predictis magistro
et fratribus ac commendatoribus contumaciter absentibus quorum absencia
dei presencia repleatur Sacrosanctis dei ewangeliis positis coram nobis
ut nostrum de vultu dei prodeat iudicium et oculi nostri videant equitatem
sedentes pro tribunali in loco ad hoc per nos assignato Dei nomine in-
vocato qui incepit iuste filios hominum iudicare sumo patre et filio
et spiritu sancto Amen Quia nobis constat informacione prehabita
plenaria et deliberacione per producta et probata legitime [illegible]
[illegible] dicti domini Kazimiri Regis polonie Illustris et procuratoris
eiusdem [illegible] fratres [illegible] de Aldenburg [illegible]
ordinis domus sancte Marie Theutunicorum Marschalcus [illegible]
fratres ludovicus de Wirtenberk tunc magister ordinis super dicta domini
[illegible] et ad [illegible] Culmen de Thorun de Grudencz de lippa
Rodinensis Elgingensis ac domus de Coppirbinga Colubensis Strosbergensis
ac domus de Brodnica papoviensis Wengesburgensis ac de antiquo
Castro Thorun ac eciam Cuyavie Nessoviensis [illegible]
Brestensis Caualoviensis Radzeyoviensis Mosburgensis aliarum domus
de [illegible] ac eciam pomoranie [illegible] Gdanensis Dirschoviensis
[illegible] necnon eciam prussie Marchburgensis [illegible]
Elbingensis de [illegible] ac [illegible] necnon fratres dicti ordinis predictorum ac
aliorum locorum et [illegible] predictorum qui [illegible] cum valido exercitu
et armatu et spoliis [illegible] timore dei postposito dicti Regni polonie
Regnum polonie de [illegible] videlicet [illegible] de [illegible]
de [illegible] de Baldrzikow de [illegible] de [illegible] de Pulkedzicz
de Cagelino necnon [illegible] et [illegible] in [illegible]
et ablatis per eos inde [illegible] libris calicibus thesauris et aliis depositis

[illegible] fit primo [illegible] sentencie

dictarum ecclesiarum cum ornamentis et aliorum reliquiis et ymaginibus penitus
combusserunt. Item fratrem Theodericum de Aldenburg magistrum necnon et
commendatores et advocatos ac fratres dicti ordinis locorum ac parcium predictarum
et quoscumque alios qui dictas ecclesias incenderunt et combusserunt et quorum
auxilio incense et combuste fuerunt auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa
denunciamus excommunicatos ac per civitates et villas et ecclesias kathedrales
civitatis et diocesis Gneznensis, Poznaniensis, Wladislaviensis, Plocensis et Cracoviensis
ac Lubucensis, Wratislaviensis et Culmensis sub pena suspensionis ab eorum
officiis in ecclesiis suis dictis diebus et festivis donec aliud a nobis
receperint mandatum publice nunciari. Ab absolucione vero fratris Theoderici
de Aldenburg magistri ac commendatorum et fratrum predictorum et aliorum dictarum
ecclesiarum incendiariorum sedi apostolice huiusmodi reservantes. Predictos quoque magistrum
commendatores et fratres locorum parcium dictarum dicti ordinis domus beate Marie
Theutonicorum de Prussia ad reedificacionem ecclesiarum predictarum per eos dolo
eorum destructarum et combustarum et ad restitucionem et emendacionem
aliorum bonorum immobilium ipsis ecclesiis similiter condempnamus. Preterea quia
constat nobis per habitam informacionem plenariam et diligentem predictis productis
et probatis litteris et actitatis coram nobis ex parte dicti domini Regis Polonie
necnon predictam pertinere ipsius domini Regis ex parte terras Culmensem, Pomoranie, Wla-
dislaviensem, Bresten., Dobrinensem et Michaloviensem cum suis civitatibus
castris opidis et villis et suis iuribus ac pertinenciis universis sitas sunt infra
metas Regni Polonie et infra ipsum Regnum et tamquam de Regno ad
ipsum Regnum pertinentes. Reges et principes Regni Polonie progenitores
dicti Kazimiri Regis Polonie illustris qui pro tempore fuerunt eas tenuerunt
ac et possederunt. Constitit nobis etiam per eandem informacionem et productis
et probatis et actitatis coram nobis quod predicti magister commendatores et fratres
qui pro tempore fuerunt domus supradicti ordinis beate Marie Theutonicorum de
Prussia tempore dictas terras Pomoranie, Bresten., Wladislaviensem et Do-
brinensem cum suis castris et villis pertinentibus et pertinenciis ad dictum dominum
Regem et ad progenitores eius consistentes infra Regnum Polonie cum
magna strage fidelium in dei offensam ac eiusdem domini Kazimiri Regis
et clare memorie domini Wladislai patris eius domini Regis Polonie in
iacturam gravem et lesionem hostiliter invaserunt et occupaverunt et ad
huc dictus magister qui nunc est commendatores et fratres predicti ordinis
violenter terras Culmensem et Michaloviensem cum suis civitatibus castris pomeranie
et villis ac iuribus et pertinenciis universis infra dictum Regnum Polonie con-
sistentes et ad Regnum ipsum pertinentes indebite et iniuste detinent occupa-
tas. Constitit nobis etiam quod predicti magister commendatores et fratres dicti ordinis

terrarum Magne Polonie ad ipsum dominum Regem spectante in villis quoque
hospitalibus et capellis eciam ecclesiis et edificia tam ipsarum castra villas
civitates et opida dicte provincie combusserunt vastaverunt et despolaverunt
ac Gneznam civitatem metropolitanam dicti Regni Polonie Gneznensem nec non
Lanciciam Wladislaviam cum castro Syradiam cum castro eius Wartham
Szadek Baldzicow Charlupa omnes villas in territorio seu districtu
Kalisiensi Pysdri cum castro et claustro seu monasterio fratrum Minorum
in eadem Colin Slup Syradia Kleczew Pobedzisce cum castro eius
et consimiliter civitates seu opida Camina cum omnibus suis villis
sibi adiacentibus et earum districtibus et territoriis totaliter ipsius provincie
spoliatis omnibus bonis mobilibus et se moventibus multis hominibus interfectis
et plurimis eciam tam in captivitate deductis de civitatibus quam incolentibus
et opida ipsius provincie combusserunt vastaverunt et despolaverunt et alia
dampna dicto domino Regi et Regno suo sive eius subditis plurima
intulerunt. Et ideo petit ad restitutionem dictarum terrarum Pomoranie videlicet

Adiudicatur Regi Polonie terra Pomoranie Culmensis Michaloviensis

Dobrinensis Brestensis Wladislaviensis Culmensis et Michaloviensis plena-
riam et integram fieri dicto domino Kazimiro Regi Polonie. Item
fructuum redituum et proventuum inde perceptorum et bonorum mobilium
ablatorum incensorum et depredatorum. Item dicto ad emendam dampnorum
super bonis immobilibus illatorum seu verum eorum estimationem valoris
eorum tum fructuum perceptorum quam bonorum mobilium ablatorum de-
predatorum et incensorum et dampnorum super bonis mobilibus illatorum quorum
quam taxamus ad centum nonaginta quatuor milia et quinqua-
ginta marcarum polonicalis ponderis et monete prout et dictus
dominus Rex in nostris manibus ipsum iuravit presentibus dictis testibus cum-
que ipsa dampna in predicta summa declaravit. Item super ad restitutionem
expensarum factarum in dicta lite et causa ipsius partis domini Regis
seu partem ipsius faciendam dicto domino Regi quas in mille sexagintis
marcarum predictorum ponderis et monete taxamus prout dictus procurator
in nostris manibus tactis predictis presentibus dicti Lewinskius asserit
dictum dominum Regem fecisse et expendisse. Et quia detinent predictas Magister
Cruciferorum commendatores et fratres domus predicte vel eciam Magister
predictarum terrarum ablatarum detentores et occupatores dictorumque dampnorum
illatores et expensarum perpetratores dicte parti ipsius domini Regis Polo-
nie predicte eundem terram pretium causa huius diffinitivam
sententiam sunt similiter condempnamus. Quorum cum testium et ad
evidentiam et certitudinem pleniorem presentes sententiam diffinitivam nostram
in instrumentum rescripti apostolica ac dictorum predictorum libelli super ipsorum
et ... scribi et faciendum publicari ferendum redigi mandavimus

per nos publicos scribas infrascriptos et sigillorum
appensionem muniri et ut fides plenior et indubitata ... transscripto
transsumpti copia ac premissorum predictorum summe transscriptorum adhibeatur
ubicumque et quorumcumque judicio vel extra ac si ... originalia
appareret ac omnibus aliis et singulis supradictis scriptis ... muniri mandamus
auctoritatem judicialem interponimus et decretum datum ... ut supra
in villa de Warzoll Poznaniensis diocesis in ecclesia ... parochiale
Sancti Johannis Baptiste dicti loci clame ... capellanus
MCCCCXXXIX indictione septima pontificatus ... et dud
in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape ... et die
XV mensis septembris circa horam vesperorum ... ...
nobilibus ... dominis domino Janislao ... ... domino
Clemente plebano domino Johanne Poznaniensi ... ...
Lubliniensi ecclesie ac Cujaviensi presbitero fratre ... ...
Nicolao de Mogila Albanis et domino ... ...
Gregorio ... Zagrabiensi diocesis et ... ...
presbiteris et pluribus aliis tam clericis ... ...
multitudine testibus fidedignis ad premissa ... ...
rogatis

Et ego Petrus de Montilio clericus ... ... apostolica
et imperiali auctoritate notarius publicus placam ... diffinitive
... predictum dominum Galhardum de Carcenis ... ... et ...
presentis consensu prefati domini Petri Gervasii Collegi ... ... emanavit
et legitur personaliter interfui ... una cum notariis publicis ... instrumentis
et testibus supra scriptis et de mandato eorum predictas ... licteras
apostolicas sanas et integras cum vera bulla plumbea in filo ... ...
sanas non cancellatas non viciatas nec abolitas nec in aliqua
sui parte et premissum ac libellum et eorum tenores ... de verbo
ad verbum in hanc presentem formam diffinitiva apposui transcripsi nil addens
vel minuens propterea ... ... et ... legeretur
et auscultavi ... publicis subscriptis et ... fuit
auscultatum cum originalibus et ... publicis presentis et ... inveniens
in ... me subscripsi et signum meum consuetum apposui
requisitus ... domini judicis ad ... ... diffinitive
et omnium et singulorum supradictorum et scriptorum ... et ...
eorum auctoritatem interposuerunt et eorum sigillis mandaverunt appensionem
muniri ... et ... ... premissorum

rici in clericus Linc' dioc' publicus apostolica
auctoritate notarius predictis sentencie diffinitive lec-
tioni de Cancell' de Whutone et processi
petri Senescalli collagi sui actum erat
et ut supra habita notarius publicus et testibus
commissionis literas apostolicas de mandato
vera bulla plumbea in filo canapis pendente
bullatas non abolitas in aliqua sui parte et premissis
in ipsis sententia diffinitiva scripta sub forma
publica super scripto et quam fecit
ac omnibus et petri publicas scriptis
hic me subscripsi et signum meum consuetum

est nobis a falsis pphetis qui veniunt ad nos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces statim subiungit A fructibus eorum cognoscetis eos quia non potest arbor mala fructus bonos facere etc Math vij c Huius autem fere secte fructus pestiferi non solum consistunt in dictis erroneis et in articulis memoratis sed in factis etiam et operibus scelerat[is] et peritus contrariis religioni xpiane Et ideo visis omnibus supradictis que magis videntur continere theoricam in hoc negocio Veniendum est ad practicam et ad inquisicionem ex officio huius sacri Concilij faciendam per quam denunciantur articuli qui creduntur esse notorij et in quibus publice laborant infamia qui secuntur infrascripti

Articuli contra Cruciferos

In nomine domini nostri Ihesu xpi Amen Quia presens generale Constanciense Concilium propter tria principaliter convocatum existit atque in spiritu sancto congregatum Primo ut scisma pestiferum tollatur ab ecclesia / 2o ut heresis extirpentur / 3o pro reformacione ecclesie facienda tam in capite quam in membris duobus aliis non obmissis Quantum ad 2m istorum docet salvator noster precedens in ewangelio Math vij c dicens Attendite a falsis pphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces et subdit A fructibus eorum cognoscetis eos et post pauca non potest arbor mala bonos fructus facere etc Agitur de fructibus heresis prussiane que non minor videtur / ymo multo / maior horribilior detior et dampnabilior quam wiclephistarum et hussonistarum videlicet fratrum qui fratres hospitalis sancte marie de domo theutunicorum ierosolimitani se appellant

Contra alos de pruſſia ponuntur arti infraſcripti

Instigator promotor et procurator cauſarum fidei per ſacrum Concilium
deputatus dat facit et exhibet articulos infraſcriptos ſuper quibus petit laborari ſummarie eſſam quere contra ipſos

1 Con +

In primis ponit dicit et aſſerit quod predicti fratres de domo theutunicorum alias
de pruſſia fratres hoſpitales ſancte marie Jeroſolimitani appellati a via
veritatis catholice fidei declinantes ac errantes in invio et non in via
per abrupta tortuoſiſſima viciorum tenent firmiter et aſſerunt tenebant quod et etiam
aſſerebant licet falſe erronee temerarie impie et iniuste contra legem
evangelicam nec non contra fidem katholicam et apoſtolicam contra quod veritatem
divinarum ſcripturarum ac etiam contra canonica inſtituta videlicet quod quicumque ſeu quilibet
infideles propter eorum perfidiam proculdubio ſunt a fidelibus extra fines orbis
terre expellendi Item dicunt tenent firmiter et aſſerunt licet tacite et impli-
cite quod Religioſus ordo poſſit inſtitui ad opprimendum quoſlibet infi-
deles et ad eripiendum ipsorum dominia de manibus eorum tenent et firmiter
et etiam aſſerentes pro expreſſum eorum dictorum ad hoc eorum iſte ordo preterea
a Romano pontifice ut ipſorum verbis utamur principaliter et ſpecialiter ſit inſtitutus
ſeu confirmatus ut quoſlibet hoſtes crucis Christi invadere eosque cum potentia
opprimere et terras eorum ſeu dominia de manibus eorum eripere et in uſus
ſuos convertere pro augmento katholice fidei poſſit valeat et debeat Item
quod licitum fuit huic eorum ordini licet preterea omnes partes finitimas infidelium
invadere ac ipſorum infidelium bona poſſeſſiones terras et dominia de manibus
eorum eripere et in ſuos uſus convertere quas quidem aſſertiones huiuſmodi
ſuperdictas et nonnullas alias iſtis ſimiles dicunt tenent et aſſerunt
prout hec et alia clarius et latius continentur in ipſorum articulis et per eos
oblatis et productis in iudicio inſtituto coram Serenissimo Rege polonie tamquam
parte adverſa prout obtulerunt et produxerunt videlicet coram Serenissimo principe
domino S. Romanorum et hungarie Rege tamquam in eadem cauſa arbitro principali
et coram nobili viro domino B. de maczei de ungaria eiuſdem Romanorum regis
ſubarbitro et ſubſtituto de conſenſu ambarum partium predictarum electo et
aſſumpto ad quos articulos et ad producta acta quod zacticata in eadem

causa se refert procurator et pars memorata Itaque fuit et est verum publicum et notorium ut supra dictum est et nunc tenentur sunt et fuerunt publici et notorii heretici pro talibus qui tenendi vitandi et fugiendi

Item volentes dicti fratres publici et notorii heretici taliter comites per statutos per statuta que media aliena dominia istorum obtinere suadentes heresim heresim quod aliqualiter colorare utebantur et utuntur quibusdam litteris privilegiis sive bullis partem producendo easdem et eadem in iudicio supradicto prout produxerunt hec easdem litteras privilegia seu bullas heresim partem penitus contentibus falsis iniustis et iniquis taliter erraticibus ad proximos ac hereticos viam prebentibus ad homicidia et rapinas et ad alia multa mala plurimum scandalosa et pyratarum animo offensivis errore que continentibus non solum in iure sed in facto prout clare constat et constare potest ex earundem seu earum tenoribus ad quas et ad que vel saltem ad ipsarum ipsorum que privilegiorum licet vera transumpta in processu et in registro dicte cause contenta ad que se refert procurator et pars predicta Itaque fuit et est verum publicum et notorium Quecumque littere privilegia seu bulle videntur esse in duplici dicta due sive duo sub titulo Fredrici Imperatoris 2i et una sub titulo Ludowici Imperatoris 4i Similiter due sive duo sub titulis Romanorum pontificum videlicet Alexandri 4i et Clementis 4i que litteris privilegiis sive bullis supradictis et partem ultra omnes alias litteras privilegia seu bullas per eosdem fratres in prefato iudicio productas et producta magis dinitentur sua intencionem heresim continentes erronea iniusta et iniqua ac hereticam tamquam super fundamentis licet nullis ac nullius fabricatis fundare videntur prout fundaverunt atque fundant continens nullis et defectis partem per utrasque litteras privilegia sive bullas sive eorum qualibet et quolibet istas terras videlicet Lituanie Russie et Samagitie ipsis de iure debitis continens pertinaciter temerarie inique et iniuste cum non nisi contraria causa dictaverat pro aliquid alicuius veri dominium necnon etiam partem per Fredricum Imperatorem predictum donatas esse et fuisse eisdem istas terras per possessum et spectare videlicet Prussie Lituanie Curlandie Lettonie et Samagitie partium infidelium contentes necnon

etiam terram Russie scismaticorum sub specie paganorum ac etiam omnes
alias terras infidelium quascumque ipsi fratres cum suis banderijs vel vexillis
perquirere possent debellando. Que omnia etiam sunt erronee iniuste et inique
cum imperator huiusmodi donacionem premissarum facere non potuit tamquam rei non
sue nec aliqualiter consistentis in ipsius potestate, cum nichil dat qui
non habet. Et nichilominus est de prefatis terris donacionem sibi factam
a Romano pontifice supradicto qui in eisdem literis privilegijs sive bullis
omnes terras infidelium donare eis videbantur quascumque ipsi fratres
Adiuti conatibus suorum possent eripere de manibus paganorum
similiter premissarum licet est false erronee iniuste et inique cum neque papa
neque imperator salva iusticia etiam inter suos subditos rem unius
sive alienam non suam propriam potest dare alteri nisi causa evidens exigeret
pure publica utilitate concurrente et data recompensa iure nulli resistente
et dummodo vel est non data si hoc protervitas exigeret vel malicia delin-
quentis, quod fortius habet locum inter infideles eis actu non subditos
qui nec iure divino quolibet neque canonico vel civili sed dumtaxat
naturali licet perquisitis est divino sunt censendi. Nec de causa huiusmodi
legitima apparet in eisdem literis quibus est quod etiam de donacione premissarum in
eis apparet non per dictis quod literis privilegijs seu bullis sic conditiones
falsis et erroneis prout sunt. Cum non sit verisimile ymo sentire
impium et temerarium tantos mundi principes tam generales in iure
deliravisse qui fuerunt iurium conditores Romanum quod pontificem
omnia iura habens in scrinio sui pectoris. Aut ipsos intium fuisse
depravatos et insanos quod per huiusmodi literas sive privilegia prætensas
et prætensa dando sic licenciam rapiendi omnia aliena viam
aperire voluissent homicidijs et alijs multis malis. Atque sic
impie seminando huiusmodi errorem et plantare hanc heresim voluisset
non solum contra ius naturale sed contra divine legis precepta contra quam
veritatem evangelicam atque contra fidem katholicam et apostolicam
quod est dictos fratres impingentes istos non Romano pontifice et imperatoribus

supradictis eandem heresim esse temerarios ipsos et insanos dimissos
atque obnoxios crimine lese maiestatis ipsos quoque esse et fuisse auctores
huius heresis litterarum predictarum privilegiorum sive bullarum fictarum et fictorum
fabricatores iniquos et nigros falsitatis doctores. Et prout quod ipsos
esse et fuisse excommunicatos dupliciter et excommunicandos dupliciter quia non
solum tamquam falsarios sed etiam tamquam hereticos ac nove heresis
inventores dicit quod producendo dictas litteras eis quod utendo ut dixi
est publice et notorie prout utebantur et utuntur dicti fratres fuerunt
et sunt publici ~~falsarii~~ et notorii falsarii heretici et excommunicati
pro talibus quoque habendi iudicandi et tenendi

Item volentes dicti fratres heresiarche et falsarii non excommunicati
publici et notorii supradicti sub quadam religionis specie hanc suam
heresim palliare pretendebant et pretendunt eorum societatem sive sectam
esse religiosum ordinem per predictas litteras privilegia sive bullas ad
ampliandam fidem katholicam videlicet armis per miliciam a Romano pontifice fuisse
institutum et confirmatum prout hec asserunt in dictis suis articulis ad
quos se refert procurator predictus licet fratres asserunt temere et inique
cum non sit religiosus ordo sed secta erronea tota quoque gravissimis
dampnata erroribus ut in sequentibus apparebit continetur ipsa istorum
fratrum adinventa contra tales fautores non ad ampliandam fidem sed
ad querendum que sua sunt non que ihesu christi cum istum modum
ad fidem convertendi per arma bellica non christus docuit sed angelus
sathane christus autem docuit suos discipulos aliter dicens Euntes
in mundum universum predicate evangelium etc qui crediderit et baptizatus
fuerit salvus erit nusquam dixit qui non crediderit gladio feriatur
vel bona sibi temporalia auferantur. Volentes quoque dicti fratres in eorum
hanc sectam religionem aliquam simulare fratres hospitalis ierosolimitani
sancte marie de domo theutunicorum se nominant nominarunt et nominare
consueverunt licet ficte et false cum sit erat et fuit sive et absque
eo quod tale hospitale in rerum natura habeatur vel existat prout non habetur

nec est nec fuit saltem a tanto tempore et per tunc temporis de quo sit uel esse
possit hominum memoria Et licet olim in dicto opido [illegible] primitie tale
fuisse dicatur quod taliter appellabatur hoc nomine de quo dicti fratres dicunt
commisse et sui ordinis percussi sumpsisse initium hoc tunc omni hominum in presenti
tempore eorundem excedit memoriam pretendentes insuper huiusmodi fratres sub prefati
hospitalis vocabulo communis facto ac etiam sub quodam habitu regulari
licet simulato religionem quam non habent / quamque taliter simulando et fingendo
eorum iniquitas mentita est sibi cum sit erat et fuit sive et absque eo
quod ipsi vitam ducant ducant uel duxissent regularem in aliquo hospitali b.
religiosorum sive hospitalibus videlicet faciendo ibi professionem regularem
aut in aliquo alio loco huiusmodi hospitali subiecto pro religiosis que ac
pro religione huiusmodi deputato prout non ducunt nec in eo uel in eis professionem
faciunt regularem / nec fecerunt uel duxerunt aut aliquo facere uel
ducere consueuerunt / etiam a tanto tempore cuius initii memoria hominum non
existit ut videlicet sua vita aut professione huiusmodi regulari essent uel dici possent
tales quales se esse pretendunt scilicet fratres hospitalis memorati Itaque
fuit et est verum publicum et notorium / Dic quod faciendo ut dictum est publice
et notorie prout faciunt et fecerunt sua cupiditate seducti sunt erant
et fuerunt simulatores et ipocrite publici et notorii pro talibus que
habendi tenendi et censendi iudicandi

iij. Item volentes dicti fratres simulatores et ipocrite publici et notorii realiter
ostendere prout sunt tamquam falsi prophete sub prefato religiositatis habitu
velud in vestimentis ouium apparere ut sic rapacitate lupina intrinsecus
palliata possent crudelius in homines deseuire prout deseuiunt seuierunt
et seuire taliter consueuerunt in fideles licet infideles quos deus contulit
[illegible] nostram nobis principes et primos / bellis scilicet fortissimis eos
impugnando turbando molestando opprimendo eorumque possessiones et
bona rapiendo et ipsa taliter vsurpando prout impugnabant turbabant
molestabant et etiam opprimebant rapiebant que et etc vsurpabant
licet temerarie iniuste et inique / iuris que naturale et societatis humane
terminos infringendo communis contra dilectionem proximi et contra precepta

decalogi in subversionem evangelii et fidei orthodoxe ac eciam contra leges
tam humanas quam divinas veniunt faciendo itaque fuit et est verum
publicum et notorium dicit quod faciendo ut dictum est publica et notoria prout
faciunt et fecerunt sunt erant et fuerunt falsi prophete et heretici nec non persecu-
tores christiane fidei publici et notorii pro talibus quod habendi tenendi iudicandi
et eciam reputandi iuxta salvatoris dictum in evangelio attendite
vobis a falsis prophetis qui ad vos veniunt in vestimentis ovium intrinsecus
autem sunt lupi rapaces etc.

b. Item quod predicti fratres falsi prophete et heretici ac persecutores christiane fidei
publici et notorii existunt a tanto tempore cuius inicii memoriam non
non existit et a tempore date litterarum privilegiorum et bullarum predictarum et
predictorum preceptorum et pretensorum et ante et post totum tempus annis singulis
vel quasi non inferius opprimendo fuerunt et nunc sunt quando
in ipsis est sive eorum secta et societas huiusmodi in usu petita et consuetudine
cum validis exercitibus armatorum invadendi impugnandi turbandi mo-
lestandi et eciam opprimendi predictos infideles eorumque possessiones et
dominia rapiendi ac eciam usurpandi itaque fuit et est verum publicum
et notorium dicit quod faciendo publice et notorie prout faciunt et
fecerunt sunt et fuerunt non solum heretici sed antiquate heresis nutritores
publici et notorii pro talibus quod tenendi et habendi

Item non solum heretici et antiquate heresis nutritores publici et notorii
existunt predicti prout sunt sed eciam dictas litteras privilegia sive bullas pretensas
et pretensa defensando defensavi quod faciendo prout faciunt et fecerunt
hiis eisdem litteris privilegiis sive bullis falsis penitus erroneis et
erroneis criminibus et in fide ut supra dictum est nec non super bonis
et dominiis per eosdem fratres sic erronee acquisitis vel aliis adhuc acquiren-
dis cum serenissimo rege polonie vel cum aliis contendendo litigando
resistendo dictas litteras privilegia sive alios supradictos iudicio
ut dictum est producendo aut pro occasione istorum defendendo defensavi quod

faciendo prout faciunt et fecerunt publice et notorie quamuis pertinaciter temere
varie inique et iniuste prout de hiis omnibus constat et constabit per ea
actis et actitatis dicte cause adque se refert predictus procurator sunt et fuerunt
publici et notorij notorie quod heretici pertinaces pro talibus quod habendi tenendi
et esse reputandi necnon iuxta doctrinam euangelicam tanquam ficus fatua et
arbor arida que nescit bonos fructus facere excidendi et delendi
vij Item quod dicti fratres heretici notorij et notorie tales pertinaces durissimis cordibus
nimium indurati ac etiam obstinati eandem suam heresim summis cona-
tibus prosequentes quasi ex quadam lege siue regula annis singu-
lis bis in anno congregatis validis exercitibus armatorum temporibus eis
ad hoc negocium magis aptis et accommodis videlicet de mensibus febru-
arij in hyeme et iulij in estate inuadebant partes tunc infidelium
nunc vero gratia diuina cooperante factas fidelium nunc istas nunc alias
excepto quod quandoque propter inundaciones aquarum vel propter alia viarum impedimenta
ad easdem partes se cum dictis exercitibus transferre non poterant
eosdem partium infideles etiam pacificos et mansuetos nec christifidelibus
in aliquo molestos excepto quod tales per dictos fratres prouocati
irritati et vexati quandoque christianos vicinos vice versa turbauerunt necnon
etiam ipsorum tunc infidelium terras possessiones et dominia expugnando
inuadendo bellando molestando et tam ipsorum familias quam alia
bona per se rapiendo incendia homicidia et alia multa mala
faciendo et etiam perpetrando licet iniuriose temerarie iniuste crudeliter
et inique quamuis etiam quandoque non solum bis in anno predicta faciebant
sed tociens quociens eisdem fratribus placuit vel eis videbatur
quas quidem inuasiones seu vices inuadendi huiusmodi predictas in suo
sermone vulgari Reysas vocant Et quod fuit et est per ipsos hoc
adeo in vsum practicam et consuetudinem deductum practicatumque
consuetum quod a multis christifidelibus non solum licitum sed pium reli-
giosum et meritorium credebatur quamuis erat et est impium
erroneum temerarium illicitum hereticum et iniustum Itaque fuit et est

hoc publicum et notorium

viij Item quod predicti fratres heretici pertinaces ac etiam in suo errore indurati existentes de malo in peius declinantes dei omnipotentis ac ipsius genitricis semper virginis gloriose reverentia postposita et contempta in precipuis et maioribus eiusdem sancte Marie festivitatibus videlicet in die assumptionis et in die purificationis temporum et mensium predictorum suas huiusmodi invasiones vicos seu reysas predictas faciunt et fecerunt ac contra et regulariter facere consueverunt licet vilipendendo constitutiones ecclesiasticas ac consuetudinis catholice generalis cum in diebus talibus et aliis festivis pugnandum non est etiam si bellum esset aliud inceptum nisi ad hoc impelleret necessitas importuna vel etiam intempestiva Itaque fuit et est hoc publicum et notorium

Item quod dicti fratres hac ipsa sua perversitate heretica depravati volentes quasi per mendicata suffragia sue cupiditatis propositum facilius adimplere multas pecunias plurimos xpianos multosque milites et gentes armigeras xpianas sibi in auxilium attraxerunt ac etiam conduxerunt prout attrahunt et conducunt ac etiam attrahere et conducere consueverunt licet dolose et mendaciter et inique ipsos videlicet sub prefata specie pietatis scilicet quasi pro ampliandia fide katholica realiter seducentes seductos quoque taliter et deceptos errore sue heresis huiusmodi veluti quodam toxico pestifero dampnabiliter infecerunt et inficiunt ita quod de diversis partibus xpianis diversi status homines eodem errore taliter seducti decepti pariter et infecti causa militie annis singulis in magna multitudine ipsis fratribus in auxilium concurrebant et concurrunt ac concurrere et affluere consueverunt maxime temporibus et mensibus supradictis reysas predictas contra huiusmodi infideles cum eisdem fratribus faciendo eosdemque infideles et eorum terras et dominia taliter invadendo impugnando turbando molestando et alia supradicta faciendo quamvis erronee ac pie temerarie et iniuste eo excepto quod a sex annis citra propter predictas reysas huiusmodi contra infideles dumtaxat facere obmiserunt Itaque fuit et est hoc publicum et notorium fuit quoque dominum tenendum credendum et

reputatur dicitur tenetur creditur et reputatur palam publice et notorie
fuit quod et est publica vox et fama

R Item quod taliter impugnando invadendo predictos infideles et ipsorum terras et dominia
bellis quod huiusmodi insistendo licet crudelibus iniuriosis temerariis et iniustis
adiuti quod dictis exercitibus armatorum bellatorum ac potencia predictorum fidelium
predictorum plures terras notabiles et magna terrarum dominia successivis temporibus
a dictis infidelibus evicerunt et de ipsorum potestate extraxerunt quamvis debite
iniuriose violenter et iniuste scilicet prussiam Curlandiam lettoniam magnam
quod ac notabilem partem in terra Samagittarum necnon et alias terras et
dominia sic evictas et extractas vel evicta et extracta quas vel que
de presenti obtinent in sua potestate sive occupant licet minus iuste debite
et inique in animarum suarum magnum periculum ac in ipsorum huiusmodi iniuriam
passorum eis quod legittime succedencium grande preiudicium et gravamen
dicitque fuit et est verum publicum et notorium

xi. Item quod licet verum de iure consistit quod quilibet regularis profitens alicuius
hospitalis monasterii vel alicuius loci religiosi huiusmodi cuiuscumque
observanciam regularem sive vitam communem sive professionis atque voti
solempnis huiusmodi sive in communi sive in singulari non valent habere
aliquid dominium quorumcumque possessionum sive rerum prout non valent /
de bonis ipsorum hospitalium monasteriorum vel locorum pia devocione
fidelium pro religiosis personis fundatorum in quibus talem
professionem faciunt vel fecerunt vivere debeant prout debent aut
aliis de elemosinis fidelium nec ultra aliquid dominium sive in
communi sive in particulari sibi penitus usurpare licet quod dicta bona sive
dominia possideant prout nomine suo nec sue communitatis nomine sed nomine
huiusmodi hospitalis monasterii sive loci tamquam procuratores ipsius legittimi
dispensatores quod sive administratores non domini et quod hoc per eosdem
regulares sic professos acquiritur non sibi nec eorum ordini sed
acquiritur huiusmodi hospitali monasterio sive loco hiis de iure veris
existentibus prout vera sunt fratres tamen memorati agentes
ordinis prepostero videntur se habere ad predicta penitus per contrarium

Et licz ad palliandam iniquitatem sue heresis professiones regularium
sacre videantur ut sic tam nos quam ceteri heresim et vestem ac eciam
professione regulari religiose simulata contra ipsorum venenum perniciose
pravitatis sue heresis effundunt in alios et facilius subministrent sicut
multipliciter effuderunt et subministraverunt ut notum est et clarius
infra apparebit Non tamen hiidem fratres in aliquo hospitali sive loco
alio religioso alicui dedito vel eciam deputato quod vel pro religiosis
permittit fundato eorum suam professionem faciunt vel fecerunt sicut nec facere
consueverunt ut vz ratione huiusmodi professionis regularium veri religiosi aliqualiter
possent dici vel eciam reputari sed cum fecerunt et faciunt contra suis castris
et conventibus sive locis aliis in quibus moram traxerunt morari
que consueverunt licz eciam in oratoriis castrorum quorundam et locorum eorum
Eorumque quidem quedam castra sive loca huiusmodi dicti fratres taliter tenendo
et eciam possidendo iuxta dominum et formam ac adfinem et effectum in
corpore capitularis kis que sive privilegiis predictorum super dictis contentis vz
quod pugnando cum infidelibus bona ipsorum infidelium sibi optineant
et ad suos usus convertant prout sic tenent et possident possidebant
que et tenebant ac possidere et tenere consueverunt Non religionis causa
nec pro religione aliqua aut utilitate publica sed sui ipsius gratia
et suo nomine ac ad usus suos proprios et privatos tenent et possident
tenebant que et eciam possidebant ac possidere consueverunt Dicti que
conventus ipsorum castra sive loca non religiosa sive religiosi
sed ~~privata~~ privata non publica sed privata ideo dici debeant et eciam
reputari quorum non dicitur aliquod esse verorum dominium nec eis aliquid
acquiri potest potuit sicut nec acquiritur nec ipsorum nomine aliquid
possideri prout nec possidetur Sunt que dicti fratres sub eorum professione
predicta et cum ipsa licz taliter simulata tenendo possessiones et verorum dominia
suo nomine sive sui ordinis predictorum predicti et preteriti prout tenent ut notum
est dicte sue professioni dampnabiliter preiudicant et tamquam proprietarii sunt
censendi non solum in conventu et in genere sed eciam quilibet eorum de per se

cum eadem sit ibi totius et partis Quequidem ut dicitur fuit et est
verum publicum et notorium sit quod fuit dictum tentum et reputatum dici teneri
et reputari palam publice et notorie

xij Item quamvis contra fidelitatem sine dubio existere videatur deo sua vota
non reddere et premissa non tenere quam fidelitatem tenetur homo deo tamquam vero
domino quam vere dominio/ dicti tamen fratres post et contra huiusmodi vota
ipsa et premissa deo facta possessiones et temporalitates diversa sine sunt
vel dicuntur eisdem donata ab aliis vel donatae licet per errorem tamen omnibus
talibus donatis non teneat neque tenet / cum ipsi corpus suum incapacitate
tamen ipsi errore donationem sine predicta bella quamvis iniqua et iniusta
ac per rapinas predas sine alio quomodo eisdem fratribus talia qualia
acquisita vel acquisitae existunt hic inde ipse et suo nomine ac sui ipsius
generis sine sui ordinis supradicti et predicti dampnabiliter usurpantes tenent
et possident possidebant quod et tenebant ac tenent et possident quamvis
licet facere non debeant prout non debet neque decuit prout ipsi eorum
suum professionem regularem predictam et qualem fecerunt et solempniter
emiserunt faciunt quod et emittunt ac facere et emittere consueverunt quociens
et quandocumque aliquis eorum de novo assumitur ad predictum eorum prefatum ordinem
sine fratrum tamquam prelatum promittunt et voverunt solempniter videlicet in paupertate
castitate et obediencia velle vivere et velle tamen servare velle se teneri
quemadmodum et quilibet alii professi regulares in suis professionibus sic
facere consueverunt Sic quod dicti fratres inter adimplent illud quod scribitur
ecclesiastes v c Si quid vovisti deo ne moreris reddere displicet enim ei infidelis
et stulta promissio Non solum sunt deo omnipotenti infideles infidelitate
fidei plane contraria que specialiter heresis nuncupatur de qua dictum est
sed prout est infidelitas fidelitati morali opponitur et repugnat Sic
quod est faciendo ut dictum est cultum deo debitum et in professione premissa
solempniter iniustitie mammone et diviciis conferendo tamquam idolatrie
exhibent et impendunt ac sic per religionem idolatriam prudentie simulatam
et ypocrisim loco fidei exprimunt heresim horribilem per fidelitate deo
debita infidelitatis vicium et contemptum ac alia multa mala et
enormia que sequuntur dicti fratres tamquam sectarii et multorum priorum
sectatores sunt amplectuntur/ atque colunt quamvis tacite amplecti

quod et colere consueuerit Itaque ut dictum est fuit et est verum publicum et notorium

Item quod ipsi dicti fratres theutonici professi deo voueant solempniter prout vouere
paupertatem velle se tenere cui repugnat hic verum dominium et non subiectionem
et obedienciam de manibus posita aliorum cui repugnat velle principari
aut dominari super alios Nichilominus tamen dicti fratres tanquam contra suam
et professa ac infideles filii non solum tenent sed etiam tenuerunt possessiones
et terrarum dominia ~~degentes~~ degentes et recedentes a paupertate deo sic
promissa solempniter sed etiam principantes et dominantes in subditis terrarum et
dominiorum predictorum et predictarum quas terras sive dominia occupare nisi supradicto
principatumque huiusmodi et dominium ipsum contra corpora subditorum sibi suo non
vsurparunt et vsurpant licet per tirannidem nequiter et iniuste ac contra
huiusmodi votum proprium Et licet etiam monetam cudere propriam non debeant
prout non debent neque deperire prout propter incapacitatem eorundem Non
obstantibus privilegiis sive concessionibus vel indultis quibuscumque
supradictis licet sit atque nullius Nichilominus tamen ipsi fratres se princi-
pes rei publice ac dominos aliorum theutonici facientes prout faciunt dictam
monetam suo nomine cudunt et cuderunt cudique faciunt et fecerunt
Dicitque subiectionem et obedienciam huiusmodi quam deo promiserunt re et ope-
mentientes facto sive promissioni contrario aliis dominantes ac etiam principaliter
licet non sine grandi blasphemia ipsorum fratrum nec non in genere gene-
ralium tractorum ac in ipsorum subditorum tyrannica oppressionem Itaque fuit
et est verum publicum et notorium

Item quod postquam huiusmodi prussiam predictam predictam pervenit ab infidelibus
eruerunt et de ipsorum potestate taliter extraxerunt, exterminatis ibidem nota-
bilioribus potencioribus pocioribusque hominibus dicte terre prout
exterminaverunt alios videlicet occidendo decapitando alios sub-
mergendo alios aliter mori faciendo et alios de ipsorum possessionibus
et dominiis ac de ipsa terra imperpetuum exilium realiter expellendo
Castra villas et opida et alias possessiones ipsorum quascumque ecclesiasque
et construxit habere voluerunt propter receperunt et occupauerunt.

occupatas quas et receptas sive occupata et recepta tenuerunt
et nunc tenent contra ius violenter iniuste temerarie et inique in magnum
aliarum suarum periculum ac in ipsorum huiusmodi civitatum passorum vel heredum
eorundem grande preiudicium et gravamen licet eadem et similia fecerint
in aliis terris et dominiis quibuscumque vel quecumque hec non ab ipsis
infidelibus extraxerunt sive habuerint sicut quod faciunt et fecerunt ac facere
consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium.

xv. Item quod occupatis dictis possessionibus bonis et diviciis per se taliter usurpatis
finantes quas decem terram oppidis castris ac aliis fortaliciis et
munitionibus prout finaverunt et ex munierunt gentem Prutenorum aliam
liberam variis et gravissimis oneribus et angariis oppresserunt
et opprimunt nec non opprimere consueverunt compellendo ipsos Prutenos
ad diversa opera servilia ex quibus multumque onerosa eisdem fratribus
dependenda videlicet iam ad edificandum municiones muros grandissimis
castraque fortissima iam ad fodienda fossata magna iam ad silvas
inevitabiles complanandas contendas nunc ista nunc alia et non solum talia
sed etiam ad reysas potentias faciendas contra infideles cum eisdem fratribus
totiens quotiens ipsas faciunt oportet eos sequi ex relictis ipsorum
domibus uxoribus et pueris propriis ex suis expensis propriis ac ex
quibus ad alia servilia et crudelia extenda quod est dictu Sic quod dicta
gens Prutenica que sue gentilitatis tempore erat libera nunc autem ex
post susceptionem sacri baptismatis tante servitutis iugo tenetur est subacta
et subiecta quod vix gens huic similis in orbe terrarum adeo angustiata
et oppressa posset reperiri quod non est dubium in grave iniuriam cedere
nec non contemptum magnum quam preiudicium fidei ac ex religionis Christiane
licet ex eadem et similia faciunt et fecerunt aliarum terrarum hominibus
quas hoc modo ab infidelibus habuerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xvj. Item volentes dicti fratres reputari optime fidei zelatores dominice legis
et immaculatarum ac notorii heretici contendentes et ut suas reysas potentias et
bella huiusmodi cum infidelibus gerere propter augmentationem katholice fidei
ab hominibus aliis credantur nonnullos Prutenos utriusque sexus [illegible]
terrarum potestatum homines alios quos huic sue servituti inseparabili

predicta subiecerunt baptizaverunt baptizarique fecerunt quibus simulate
per vim et tirannica oppressione indebite crudeliter et iniuste ac contra
prohibicionem Concilii generalis Tolletani precipientis neminem ad credendum
vim inferre ut integra fiat forma iusticie. Sicut enim homo
proprii arbitrii voluntate sponte obediens periit, sic vocante gracia dei
non vi sed libera voluntate proprie mentis conversione quisque salvatur. Ipsos que
sic baptizatos in fide christiana minime instruxerunt prout non instruunt
nec instrui faciunt cum ipsi soli vel fratres regentes sunt idiote
litterarum expertes simbolum vix scientes penitus et ignari. Sicque illi
baptizati in fide et in moribus omnino non instructi, vivunt more
paganico vel quasi prout vivere consueverunt tamquam fidem christianam
non habentes constat que fuit et est Rex publicum et notorium

Isti videntes dicti fratres sua cupiditate heretica excecati quod ex tali
frequentia christifidelium et concursu ad eos supradictos multa eis lucra
accrescerent et comoda proveniebant cupientes nova quadam arte
licet subdola vana et iniqua huiusmodi hospites ad se per militiam
confluentes forcius sibi allicere cum eis ad hoc apud se statutis temporibus
proclamabant et proclamari faciebant ad certum tempus quod eis propria
huiusmodi facienda aptius videbatur, mensam honoris sic vocatam
et vulgari theutunico ere tische pro advenientibus ad eos se fac-
turos missis super hoc quibusque suis litteris Regibus et principibus ac
aliis dominis et personis magni status christianis. Cum quidem mense
honoris taliter appellate licet predictorum fratrum vanitate adveniente mos erat
et est talis quod prandio per aliquos personis et hospitibus huiusmodi puta per x
vel per xii vel in alio pauco numero personis fratres solempniter preparato
dumtaxat ille persone ex militibus electe per araldos ibidem presentes ad
predictam mensam locabantur que persone testimonio eorundem araldorum
plures mundi partes causa milicie peragrarunt et in pluribus
Regnis et aliis partibus visi sunt per araldos et cetera ex dictis
militibus et personis omnibus aliis in hoc precellere videbatur

2m illud etc ordine loca eis distribuebant circa eorum mensam et dabant
Illique sic locati ad magnum honorem sibi reputabant prout etc ab aliis
erat solitum reputari Et quod ideo ad consequendum premissum honorem
cum magna multitudine diversi status militia de diversis mundi partibus
Supplanis de quibus quidem aliqui ut a nonnullis asseritur vendicis domi
possessionibus propriis et quidam in pecuniis obligatis ad prussiam et ad dictos
fratres pro militia confluebant ubi et apud quos fratres quidem per menses
et per menses exspectando dictas Reysas et suas pecunias apud eos
expendendo magnos pecuniarum thezauros ibidem dimittebant Sicque
dicti fratres hac ipsorum callida astucia et talliter astuta aurum et
argentum ab eis tunc extorquebant // plerumque etc sub velamine honestatis
vel propter personas intermedias eisdem pro pecuniis victualia ministrando
Itaque fuit et est verum publicum et notorium
xlviij. Et postquam iam prussiam Curlandiam et Lettoniam tunc habuissent
quietam ad optinendum aliorum alia quod dum sue cupidinis insaciabili
voragine nimium aspirantes acies suas hinc inde et ceteris bellatorum
adversus partes alias converterunt rapacitate quod lupina hinc inde licet sit
fratrem eis quod ipsa invadebant et etc impugnabant molestabant et turbabant
ab una parte Samagittas ab alia parte Lituanos et ex parte alia
Rutenos scismaticos sub specie et colore paganorum ac ipsorum terras et
quidem ad dictas quod eorum terras et contra ipsas iam ad unam earum iam
ad plures iam ad istam iam ad aliam suas hinc inde reysas solitas faciendo
ibique vastando cremando rapiendo et etc destruendo dictas terras
omnibus singulis vel quasi ut supra dictum est etc a tanto tempore et per tempus
cuius initii hominum memoria non existit usque ad tempus conflictus
infrascripti vel quasi multa et diversa homicidia opidorum villarum
castrorum et habitacionum diversarum incendia adulteria stupra Rapinas
quod tam hominum utriusque sexus quam etc rerum aliarum quasi innumeras
cedes et strages plurimas preliorum bella cum dictis tunc infidelibus crudelia
sepius committendo et prius temeritate impie et iniuste et inique

ac alia scelera nephanda plurima in predictis terris fecerunt ac nequiter
patraverunt Verum quod faciebant et fecerunt ac facere consueverunt Verum quod
fuit et est verum publicum et notorium Itaque fuit dictum tentum et reputatum
dicitur tenetur et reputatur palam publice et notorie

Item quod ultra expugnacionem predictorum samagitarum partem notabilem terre ipsorum
confinatam cum terra prussie medio fluvio Memela vulgariter appellato
de corpore eiusdem potestatis contraxerunt prout hec in specificatis suis articulis fatentur
per confessionem licet eciam evidencia rei que sufficit et hec facit optimum testimonium
ad quos articulos se refert instigator et promotor officii prelibati
Asserentes ibidem in primo articulo dicti fratres istis verbis vel similibus hec fuisse et
esse publicum manifestum et notorium quod dictus eorum ordo partem circa districtum
in terra Samagitarum confinem in quo situm est castrum dictum Welona cum
aliis terris circumiacentibus infra et supra ab eisdem infidelibus expugnavit
duo castra per eosdem infideles ibidem successive constructa ut eorum verbis
utamur sub magnis sumptibus et laboribus et non modica christianorum sanguinis
effusione expugnando et funditus devastando Licet ibi verum quod in eadem
terra et in ipsius dicta parte sic contracta et abstracta tenuerunt ipse
et eciam occupavit insuper Castrum Memela vulgariter nuncupatum ac bona
alia possessiones que dominatus et nunc tenet et occupat contra violenter
temerarie inique et iniuste in periculum salutis animarum suarum ac in grave
preiudicium et gravamen tam comitatus dictorum Samagittarum in generali
quorum eciam in ipsis scilicet vim passorum vel heredum suorum Itaque fuit
et est verum publicum et notorium

Item videntes tandem dicti fratres qui magno studio et conamine et
a multo tempore ut dictum est de potestate lituanorum terram lituanie predictam
contrahere satagebant quod serenissimus princeps dominus Wladislaus Rex polonie
modernus cum suo fratre domino Allexandro alias Vitoldo magno duce
eiusdem lituanie fuisset iam fidem christianam per sacri baptismi susceptionem
et quod eciam eorundem principum conspectu tota multitudo gencium in

eandem lituania susciperet et suscipere tunc debuerat bap^s sacramentum
Cuius causa eorundem fratrum pretexta et procurata ad acquirendum dominium lituanie
sic cessauit Nichilominus non obstantibus predictis scilicet quod dicti lituani fidem
iam susceperant baptizatique fuerant vel saltem iam baptizabantur successiue
Intendentes adhuc ad dominium lituanie optinendum per eos habere vigore
donacionum apostolicarum et eciam imperialium ac litterarum predictarum et consimilium
prout pretendebant ut ex eorum articulis colligitur supra scriptis dictis et positis
ad quos se refert instigator predictus Cupientes quod prefatos principes
et eorum populos in dicta lituania bellorum et guerrarum turbinibus continuis
fatigare ut sic debiliti molestati et eciam fatigati cogerentur eandem lituaniam
ipsorum subicere potestati exercitibus maioribus plus solito congregatis vel
quod intrabant ad vastandum dominium lituanie Ubique ferocitate et atrocitate
maiori plurimis solita occidebant et necabant miserabiliter senes
et iuuenes et maiores audito dictos neophitos viros et alios
muliebri sexui non parcentes cremabant eorum nouellas ecclesias unacum
villas opida castra et alia ipsorum habitacula res quoque ipsorum et bona
mobilia quecumque et quascumque inuenire poterant pro suo libito necnon eciam homines
utriusque sexus et familias abinde ad prussiam et adliuoniam ac ad
alia eorum loca apportabant multaque alia enormia et abhominabilia
mala faciebant et fecerunt prout eciam sic facere ut dominum est consueuerunt
quod non est dubium cedebat destructionem fidei ac in vituperium nominis christiani
itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama
XXI Item quod dictis principibus et eorum populis antedictis iam conuertentibus
christianis volentes coartare in eisdem dicti fratres prius eorum terras ex-
occupandas nouellam fidem et noviter tunc plantatam et sua crudelitate
heretica extinguere quantum in eis fuit decem annorum spacio vel circa annis
singulis ad minus bis in anno more eorum solito cum validis exercitibus
armatorum et in maxima potencia peragrando dominium lituanie in longum
et in latum et per modum crucis prout eis placuit affligebant dictos
neophitos maximis dampnis incendiis cedibus et guerris
grauissimis plus multo quam ante cum fuissent infideles sacerdotes abeis

propugnando de terra et ecclesias eorum novellas quocienscumque reedi-
ficate fuerunt in predictis annis tocies comburendo quod non est dubium
in grave preiudicium et contemptum vigere fidei christiane Sic quod fuit et est verum publicum
et notorium fuitque et est publica vox et fama

Item quod vastantes terram dictam christianam et prefatos neophitos sic
crudeliter persequentes obsiderunt quod cum maxima potentia exercitus
bellatorum quam colligere poterant prefato Rege cum suis fratribus et
multis aliis pluribus potentibus dicte terre iam tunc existentibus christianis
Castrum et oppidum ibidem notabiliter vilna nuncupatum quod in se
tria castra continet videlicet inferius medium et superius / in quo inferiori
tunc felicis memorie dominus Kazimirus prefati Regis frater vir katholicus
et bonus christianus fugiens rabiem et insultus dictorum fratrum cum
multis aliis nobilibus et notabilioribus dicte terre se clauserat et
recollegerat Ibique dicto Castro inferiori per dictos fratres taliter qualiter
aquisito et recepto licet cum magna strage hinc inde occisorum / eodem
principe captivato et educto extra ad eorundem fratrum tentoria sive
castra ubi stabant eorum exercitus dicti fratres sua crudelitate hereditaria
sevientes absque aliqua miseratione humana prefatum principem fere
fecerunt ibidem in publico miserabiliter plecti capite et de hoc adhuc
non contenti sed de sua malicia gaudentes eius quod caput sic a corpore
depositum et abscisum fecerunt ignominiose portari in una lancea publice
per suos exercitus omnibus non sine magno vilipendio fidei religionis que
christiane Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuitque et est publica
vox et fama

Item non valentes sic proficere in aquisicione dicte terre tanto conamine
cum tanta potencia videlicet cum maiori quam habere poterant et tanto
tempore laborantes / non valens quod arbor bona mala fructus bonos
facere sed labruscas / nichilominus pretendentes omnibus dolose iniuste
subdole et inique se vigore donacionum apostolicarum et imperialium
ac eorum litterarum predictarum et pretensarum ius habere ad dictam lituaniam
a dictis principibus repetendam ut dictum est Cupientesque saltem
hoc colore ab eis terram Samagittarum predictam obtinere que terra

eisdem fratribus et vicina scilicet inter livoniam prussiam et lituaniam
situata et qua habita facilius postea lituaniam habere potuissent
quadam subtilitate licet dolosa et iniqua induxerunt regem et
ducem predictos ad donandum eis dictam terram videlicet in vim recompense
predicti ipsorum juris sic pretensi prout asserunt in suis articulis preterea
suppositis ad quos se etiam refert instigator et promotor officii prelibati
qui principes memorati pacem aliter ab eisdem fratribus habere non valentes
volentes sibi et suis subditis pacem perpetuam ab eis taliter procurare
taliter qualiter donaverunt eisdem fratribus contra jus donare nunc potuerunt
tum racione incapacitatis eorundem fratrum tum racione donacionis in [illegible]
facta per eosdem fratres taliter deceptorum qui se religiosos esse simulabant
cum essent heretici, nec est verisimile immo temerarium presumere dictos
principes eandem heresim voluisse sic nutrire, tum etiam racione incolarum
et inhabitancium dicte terre quos istud tangebat negocium qui
inviti admiserunt dictos fratres et compulsi licet hoc jure et forma justicie
esse non debuit Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxiiij Item quod dudum cum dicti fratres in aliquo certo numero eandem terram
Samagittie ingenuis sic intrassent ibique moram aliquamdiu traxissent
prout traxerunt sive morabantur querentes que sua sunt non que
Jhesu Christi scilicet castra et fortalicia sibi facientes homines quoque dicte
terre insolitis aggravantes laboribus privantes libertatibus atque bonis
et diversis afficientes honeribus committentes etiam enormia videlicet stupra
et alia prout aggravabant privabant ac etiam committebant, dicti Sama-
gite talia dampna honera et scandala sustinere non valentes eiecerunt
ipsos de eadem terra sua propria et realiter expulerunt Itaque fuit et est
verum publicum et notorium

xxxv Item quod hiidem fratres in reprobum sensum dati et ad maleficia avidi
pacem cum hominibus non solum infidelibus sed etiam cum fidelibus Christianis
habere non valentes nec volentes postquam ut premittitur propter eorum maleficia de terra
Samagittarum predicta expulsi fuissent fingentes licet false non propter
eorum facinora eis talia evenisse sed quod a prefato Rege polonie committente
vel etiam annuente Et intrantes regnum polonie hostiliter cum magna
potencia exercituum armatorum eodem Rege in remotis partibus dicti Regni

tunc agente et penitus ignizato horribiliter vastaverunt ipsum
Regnum contra tunc perpetue pacis federa non solum supradicta sed eciam
que dudum inter olim Kazimirum Regem tunc et regnum polonie
parte ex una et inter dictos fratres ex alia fuerunt solempniter facta
et eciam roborata Primum quia in ducatu dobrinensi Regis et Regni
predictorum videlicet Anno domini M° CCC de mense Augusti et quod est
detestabilius ipso die assumpcionis sancte marie virginis gloriose multas
rapinas sacrilegia incendia homicidia et alia mala plurima civitates
villas et opida cremando vastando spoliando patraverunt et fecerunt
licet nequiter temerarie et iniuste in dei offensam non modicam grave
quoque oppressionem christifidelium ac scandalum plurimorum Itaque fuit et est
verum publicum et notorium

probatur Item quod eodem tempore in ducatu predicto opidum capitale dobrin vulgariter
nuncupatum vastaverunt et vastando Castro in eodem opido atrocissime
expugnato virgines in eodem castro repertas stupraverunt stuprarique fecerunt
et quendam militem Stanislaum ibidem captivato et extra castrum predictum
educto ferocissime capite truncaverunt pluresque alios ibidem captivatos
quantum in eis erant similiter decollassent nisi corum proprii stipendarii
ut dicitur restitissent predictum quoque castrum ignis voragine redigentes
in cineres totaliter deleverunt Sicque fuit et est verum publicum et notorium

probatur Item quod eodem tempore castrum quoddam aliud castrum in eodem ducatu Slotoria
nuncupatum expugnantes muros destruxerunt et ad terram prostraverunt et piccis
totaliter destruxerunt lapides quoque et lateres ad propria domina deportaverunt et
deportari fecerunt Tercium vero Castrum in vulgari polonico Bobrownikij
in theutonico vero Bebirn vulgariter appellatum similiter expugnantes
soli se ibi admorandum et ad manutenendum eandem terram sive ducatum
redimere in quo castro aliqui ex eisdem fratribus ex tunc morantes
continue eundem ducatum duorum annorum spacio vel quasi et usque ad
tempus conflictus de quo inferius dicitur tenuerunt sub sua potestate continuis
diuturnisque violenter et iniuste non solum in grave dampnum dicti Regis
sed eciam in grande preiudicium tocius Regni polonie periculum et offensam

Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama

xxviii Item quod ipsi fratres in sua malicia furentes et prefatum ducatum sic vastum
non solum in bona ecclesiarum manus tetenderunt sacrilegas ea diripiendo
cremando et funditus destruendo sed etiam in ipsas ecclesias et personas
ecclesiasticas videlicet ecclesias in villis et opidis infrascriptis effringendo libris
calicibus ornamentis necnon rebus aliis ecclesie preciosis depositis ecclesie in
aliquibus ecclesiarum sacramentis ad terram proiectis ipsas nephariae spoliarunt
spoliando ecclesias nonnullas ecclesiarum prophanarunt et ecclesias combusserunt
non sine gravi vilipendio et contemptu religionis christianae scilicet in
antiquo Rypyn In Ozale In Brosze In Sadlowo. In Gorzno
In Szczyn In Robitze In Jastrzambe In Osseck In Nowogrod
villis et opidis sic vulgariter nuncupatis et quam nonnullis aliis terre
dicte plocensis quam ecclesie Wladislaviensis Quod quod fuit et est verum publicum
et notorium fuit quod et est publica vox et fama

xxix Item quod omni reverencia et timore dei postpositis et contemptis in prefato
opido dicto Gorzno plocensis diocesis Reverendum parochialis ecclesie presbiterum
et virum religiosum ibidem in sua cella letaliter vulneraverunt et plagis
mortalibus sibi impositis semivivum reliquerunt qui tandem die sequenti tamquam
vulneratus et afflictus expiravit et non solum istum sed plures
alios presbiteros et alios clericos atrociter percusserunt vulneraverunt occiderunt
et crudeliter tractaverunt non sine gravi contemptu status ecclesiastici
et ordinis clericalis Quod quod fuit et est verum publicum et notorium

xxx Item volentes ecclesie dei fratres multorum malorum patratores in ecclesiam
plocensem et domus episcopi crudelius desevire predictum opidum dictum Gorzno
ad mensam episcopalem pertinens ad mensam episcopalem eiusdem episcopi necnon
domum episcopalem cum aliis pluribus edificiis curie episcopalis ibidem
rebus diversis et bonis mobilibus et se moventibus videlicet armentis
pecoribus et pecudibus inde ad partes dictas compulsis ac ecclesie deputatis
funditus destruxerunt et totaliter combusserunt Itaque fuit et est verum
publicum et notorium

xxxi Item adhuc plus sevientes in eandem ecclesiam allodium de villa
dicta Lasthowo mense episcopalis diversis generis et armentis ac aliis rebus

ad spirituale victum pertinentem copiosum et etiam opulentum notum
et aliud allodium simile sicut in villa Chesanczowo similiter bonis
mobilibus et se moventibus penitus spoliantes totaliter combusserunt
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxv Item machinati insuper in maiorem destructionem prefate plocensis ecclesie
xx villas notabiles et magnas vel quasi ac opida in eodem ducatu
consistentes et ecclesie consistencia eiusdem ecclesie ad mensam episcopalem pertinentes
et pertinencia, ipsis similiter penitus spoliatis rebus diversis et utensilibus
ac bonis mobilibus et se moventibus funditus destruxerunt et etiam combus-
serunt sic quod episcopum pro tempore existentem dicte ecclesie qui de huiusmodi possessionibus habuit
et habet consuevit de verisimiliter imputatis sive de anno tercio redditibus annis
singulis sexcentarum marcarum monete presentialis vel circa valoris aut mille
ducatorum auri de camera longe excedencium vel quasi exceptis aliis
fructibus obvencionibus et utilitatibus magni valoris et estimacionis que
omnia vix unquam eadem plocensis ecclesia poterit salvare ad pristinam
condicionem reducere vel etiam restaurare. Villarum vero nomina predictarum et opi-
dorum huiusmodi sunt hec que sequuntur Brzoze pauli Brzoze Janowo
duplex Glambogk duplex Gorzno Item Szalesze Item nova villa
Item Sokolowo duplex cum molendino Item Trambino Item Czirnikowo
Item Chesanczowo duplex cum allodio episcopali supradicto Item Jastrzambe
Item Grausthowo Item Zaborowo Item Sulkowo Item Laszewo cum allodio
episcopali supradicto hec sunt ville combuste et opida et nonnulle alie
possessiones eiusdem ecclesie Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Item quod predicti fures sacrilegi raptores et incendiarii prelibati eodem
xxxvj huiusmodi vastacionis tempore similiter in eandem Wladislaviensem pertinentem
villam notabilem Czechoczino nuncupatam una cum allodio
sive curia et domo episcopali ibidem rebus diversis et victualibus
habundante ad mensam episcopalem pertinentem in ducatu predicto
igne totaliter deleverunt et delevi fecerunt parochialemque ecclesiam
ibidem effringendo ipsam rebus diversis ad divinum cultum spectantibus
et aliis spoliarunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxvij Item ad peiora anhelantes non solum dictam villam sed xx villas
alias vel quasi ibidem mense episcopalis eiusdem cum quinque molendinis nobilibus

ac totum districtum ibidem eiusdem Wladislauiensis ecclesie nec non villanos earundem
villarum mobilibus bonis eorum et se mouentibus ac diuersis suppellectilibus
et rebus aliis penitus spoliantes ignis voragine in cineres redigerunt
et penitus combusserunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxv Item de hiis non contenti sed xj piscinas nobiles in predictis villis bonis
et diuersis piscibus habundantes ad mensam episcopalem pertinentes eiusdem ecclesie
aquis et eciam piscibus ex eisdem piscinis eductis et emissis ad proximum flumen
ibidem Drzewanga nuncupatum aggeres siue loca earundem piscinarum excauando
euertendo totaliter destruxerunt et desertas fecerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxvi Item postquam aliquanto tempore revoluto homines et incole villarum predictarum
dicte Wladislauiensis ecclesie resumptis aliqualiter viribus se ad habendum sua necessaria
reduxissent greges quoque armentorum pecorum et pecudum ac aliorum aliud
diuersorum possedissent et domos suas atque villas supradictas reedificassent
et destructum reparassent / nec non eciam Reverendus pater dominus Wladislaus modernus episcopus
supradictam domum et curiam episcopalem suam in dicta villa Czechoczino
magnis sumptibus reedificasset dictumque suum allodium bene taliter
instruxisset quod pecudibus et pecoribus ac aliis necessariis habundabat
prefati malefactores ad destructionem eiusdem ecclesie multo amplius iterum
cum potencia armatorum irruentes in dictum districtum prefate ecclesie tam
dictam domum et allodium eiusdem episcopi quam eciam omnes villas supradictas
et taliter reedificatas similiter ut ante spoliantes funditus destruxerunt
et totaliter cremauerunt Sic quod non solum eandem ecclesiam dampnificauerunt
sed eciam homines eiusdem ecclesie villarum predictarum grauissime depauperauerunt
et eciam oppresserunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxvii Item eodem tempore vel circa volentes hiidem sacrilegi incendiarii et
heretici in sua malicia taliter obstinati adhuc maioribus dampnis
afficere et grauius opprimere eandem ecclesiam omnes curias siue allodia
eiusdem ecclesie separatas et separata ad mensam episcopalem spectantes et spectancia
in villis infrascriptis videlicet in Comerzsko in Besszewo in Dechotowo
in Chalebancz in Brodna in Sobowo in Claustrowo et duabus villis
aliis in terra pomeranie quam dicti malefactores in sua obtinent potestate
consistentibus armentis et diuersis bestiis et animalibus granis frumentis

ac aliis rebus victualibus necnon supellectilibus quibus omnibus
dicte curie habundabant realiter spoliarunt et de domibus eorum ipsas abdu-
centes in suos usus converterunt et per se retinuerunt prout et nunc detinent
licet violenter iniuste nequiter et inique Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxviii Item predicti spoliis non contenti sed ad maiora mala committenda aspi-
rantes curiis et allodiis omnibus supradictis necnon multis villis
notabilibus ad numerum xl vel circa ad mensam episcopalem eiusdem ecclesie
Wladislaviensis spectantibus et in predicta terra Pomeranie consistentibus a xx annis citra
vel quasi proxime preteritis eandem ecclesiam et ipsius episcopum spoliantes
easdem villas curias sive allodia per se pluribus annis occupabant
tenebant que occupatas ac eorum occupata fructus redditus et proventus
ex ipsis provenientes in usus suos proprios convertendo homines que eorundem
ecclesie villarum predictarum diversis et gravibus servitutibus laboribus exaccionibus
angariis et oneribus opprimendo Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxix Item de predicti non contenti sed eciam omnes pecunias que solvuntur et solvi
sunt consuete annis singulis loco decimarum dicte ecclesie et ipsius episcopo
a tempore per villanos villarum omnium in dicta terra Pomeranie et in diocesi Wladislaviensi
consistencium similiter annis pluribus supradictis per se colligentes sibimet
usurpaverunt et in usus proprios converterunt contra ius iniuste temere et inique
in prefate ecclesie et ipsius episcopi oppressionem non modicam et gravamen
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xl Item predicti non contenti sed ad eversionem et fundamentalem destruccionem
eiusdem ecclesie Wladislaviensis molientes tandem omnes curias supradictas sive
allodia eiusdem ecclesie Wladislaviensis et structuras vel ipsorum edificia necnon domus
et habitaciones nobiles et notabiles pro habitacione episcoporum dicte ecclesie
magnis sumptibus et edificiis preciosis factas et constructas in eisdem
funditus destruxerunt et totaliter combusserunt Ita quod domus episcopalis eiusdem
ecclesie multum ornata et eciam magnis sumptibus constructa que eciam
sufficere pro quovis rege videbatur que fuit circa opidum Danczk
sita et per dictos incendiarios ac sacrilegos sic combusta in ea forma
in qua erat una cum xx milibus florenorum auri de camera vel circiter

estimacionem reedificari possent In villa vero Chaldaw appellata similiter vix cum duobus milibus flor. auri In villa Gobrolt cum adiacentibus vix cum vi milibus In villa Brodna nuncupata vix cum sexingentis flor. auri In claustrello prope eorum opidum Culmen dioc. vix cum mille quingentis flor. auri similiter cum certis reedificari possent, exceptis domibus villanorum et edificiis villarum combustarum earum et aliarum de quibus insistit dictum Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xli Item predicti non contenti sed eciam villas eiusdem ecclesie Culmensis quas occupauerant supradicti et ipsarum villarum homines spoliantes suis bonis mobilibus et se mouentibus vniuersis easdem omnes villas vel quasi vna cum ecclesiis in aliquibus earum existentibus et ipsarum ecclesiarum paramentis et suorum reliquiis totaliter cremauerunt, necnon eciam molendina piscinas et alias possessiones eiusdem ecclesie in prefata terra pomeranie irreuocabiliter vel quasi destruxerunt quamuis exsupradicti villis aliquas ecclesias polonorum dictos malefactores qui easdem villas tunc occupauerunt prosequentes et querentes eos eminencius dicti hii fratres et malefactores memorati tamen vel palterum occasione proinde ille prestiterunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xlii Item premissis non contenti videlicet quod tot mala totque dampna grauissima non solum predicte ecclesie Culmensi sed eciam ipsius ecclesie hominibus in dualibus siue ducatibus predictis videlicet dobrinensi et pomeranie sic nephariis ut dictum est irrogarunt sed adhuc feroius continue aspirantes ad destruccionem eiusdem ecclesie et crudelius seuientes irruentesque cum magna multitudine et potencia armatorum hostiliter in terram Cuyauie dicti Regni et ipsius Regis polonie primo opidum Raczans nuncupatum notabilius eiusdem ecclesie rebus multis et diuersis eciam preciosis ac bonis mobilibus et se mouentibus spoliarunt quibus in predicto taliter deportatis eciam ipsum opidum vna cum ecclesia cum suburbio appellata ante portam eiusdem opidi ignis incendio in cineres redigerunt incinerari que fecerunt et cremari Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuitque et est publica vox et fama

xliii Item de premissis non contenti sed eciam vnum insigne allodium eiusdem ecclesie quod prope adiacebat predicto opido gregibus armentorum pecudum et porcorum ac aliorum diuersorum multitudine copiosa necnon

ꝯuis diversis frumentis et avenis ac aliis rebus et victualibus
habundantissimis eisdem rebus et mobilibus similiter in predam receptis
cum suis edificiis deleverunt igne et taliter combusserunt quod allodium
in ea forma in qua fuit duo cum mille florenis auri de camera
reedificari posset in suis edificiis Itaque fuit et est verum publicum et notorium
fuit quod et est publica vox et fama

xliiij Item premissis adhuc non contenti sed circa xv villas notabiles
vel circa istum numerum vel plures aut modico pauciores prefato
opido adiacentes et adherentes circa per tempus dicte certe
primum et spectantes similiter ut supra ipsis cunctis bonis suis
mobilibus et se moventibus spoliatis et in predam abductis
ignis voragine redegerunt in cineres et favillas quibus per
modum de novo reedificatis idem malefactores iterato vicibus
spoliantes cremaverunt et totaliter omnes combusserunt una cum ecclesiis
in aliquibus earum tunc existentibus et ipsarum ecclesiarum sacramentis
et eorum reliquiis Sic quod predicte ville circa distabat a se aliis
citra proxime preteritis tot et talia dampna passa est ab eisdem
malefactoribus quod singulis computatis [illegible] cum [illegible] milibus
florenorum auri de camera minime solvi possent Sic quod fuit et
est verum publicum et notorium

xlv Item cum solito a tempore immediate supradicto sed circa decennium vel Regnante
Kazimiro predecessore moderni Regis moderni in Regno Polonie
eandem villam certam continuissime opprimebant ipsam quod prefato opido
ac castro notabili in eodem opido consistente cum [illegible] omnibus villis
curiis allodiis ac aliis suis possessionibus quas et que terra de dobrinensi
quam in pomerania ac etiam Cuiavie terris et districtibus
predilatis opprimebat et oppressit per obitum spoliabat quod
predicta et singula multis annis longo tempore occupabat tenuerit
quod occupata fructus redditus et proventus sibi usurpando et in
usus suos proprios convertendo Itaque fuit et est verum publicum et notorium
fuit quod et est publica vox et fama

xlvj Item volentes dicti fratres cruciferi [illegible] oppressores et ipsius bona

eos prout ille occupantes alit' restitue sua bona et pfatum dictum
Opidum atque Castrum eidem eccle et ipius prout epo nisi fuis
ipam ecclam et epm sub spe cuiusdam concordie lic; p eosdem
frēs talit' extorta compellent ad dimittendum decimas manipulares
quas decimas diuisi grani om̄ anuatim ul' q̄ dcā ecclā hebat
et eos possidebat ac hre et possidere consueuerat de omnibus et
singul agris et agriculturis ul' q̄ p totam pdcam terram pomerie xl
et in dioc̄ lblād. put copulere pacificantes q̄uis in dolo fraudulent'
et iniq̄ ad dcō epō sic oppsso noīe eiusd ecclē talit' spoliate
et oppsse ille quali stipulanti sine pmittenti lic; illibe diuite
et coacte q̄ exinde deinceps loco decimarum manipularium huiusmod
pdcaz et pposis in eadem tra de qualib; manso annis singulis
quatuor solid' monete pruticalis valent' pntc duos grossos de
camera. hodie vō nō valent' huiusmod q̄ debet recipere tpibus pntis
et hre / pmittent' eos tunc vicissim dci frēs lic; in dolo fraudulent'
et inique put euidencia ipessum post modum declarauit / eidem
epō in dcā pretensa concordia oia bona eiusd ecclē que essent
in eorundem fratrum dominiis cunt' qualib; manutene sub sua defensio
ipam q; ecclam in suis bonis nequaquam amplius molestare Et q
p huiusmod pretens concordiam depauperata fuit et est eadem eccl. extunc
pdict' decīs manipularibus annis singul ad extē ad valorem
quatuor milium flor' auri de camera Et q; dci oppressores extunc
vz ab annis lx. citra ul' circa. eandem ecclam ille fraudauerit
omni anno quatuor milibus florenorum huiusmod ul' q̄ et nunc fraudat
q̄d nō est dubium dg̃e in salut' pnciū actus ipsorum ac demisse
ecclē nc nō ipius epi q̄ tpe eiusd' oppssorum non modicum pudicum xlvi
q; et grauamen Itaq; fuit et est verum publicum et notorium fuit q; et est
publica vox et fama

xlvij Item nō solū dcā eandem ecclam decepit et decipiunt in suis
decimis sed eos emerentes certas possessiones siue villas de quarum
agris et agriculturis eidem ecclē solūe tenebatur decima

soluc(i)o(n)e fecerunt de eis sibi p(re)dia agrorum huiusmodi soli sit colonis
decima de eisdem agris debitam nolunt solvere eidem ecclesie prout non
solverunt nec solvere curant p(re)textu se privilegiatos a sede apostolica cum suis
possessionibus a solucione huiusmodi decimarum ad sedem apostolicam non pertinent
sicut nec debet cum iniuria alicuius per talia privilegia ius suum
alteri vel aliqualiter absorbere Itaque fuit et est verum publicum et notorium
xlviij Item premissis omnibus non contenti sed adhuc magis p(er)sequentes
statum ecclesiam et ipsius iurisdictionem tam in spiritualibus quam in temporalibus
eiusdem machinacionibus impediverunt et impediunt Reverendum patrem dominum
Jo(hannem) episcopum modernum eiusdem ecclesie et suos officiales in prefato ducatu
Pomeranie in diocesi Wladislaviensi exercere libere iurisdictionem tam in spiritualibus
videlicet non permittendo excommunicatos aut excommunicatores publice denunciari
eorum subditos et quamque eciam alios non subditos licet eciam iuste excommunicati
existunt, quam eciam in temporalibus videlicet intromittentes se de iudiciis
et homicidiis eciam in villis et in bonis eiusdem ecclesie iudicando licet
tamen iniuste et inique fecerunt et faciunt quoniam idem
episcopus et sui officiales propter crudelitatem dictorum fratrum multociens
abhorrescentes et timentes audent prout non audebant neque audent
contra dictorum fratrum voluntatem iusticiam ministrare. Sic quod malefici
et rebelles sive in causis matrimonialibus et aliis spiritualibus
sive in temporalibus ad eos recurrentes in suis maleficiis eos
defensantes propter eosdem licet eadem et similia eciam aliis episcopis dicte
ecclesie et eorum officialibus faciebant et fecerunt prout eciam sic facere
consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium
xlix Item quod cum Reverendus pater dominus Jo(hannes) prefatus episcopus dicte Wladislaviensis ecclesie videns quod
sui officiales in predicta terra Pomeranie non poterant suam iurisdictionem
libere exercere volens remedium apponere revocavit eosdem suos officiales
in dicta terra Pomeranie et constituit eos terra eciam kathedrali
videlicet in Civitate Wladislavia que est extra potestatem dictorum fratrum videlicet
in Regno et dominio domini Regis Polonie volens quod quicumque haberent
haberent agere coram ipso vel suis officialibus de dicta terra Pomeranie

ad ciuitatem eandem Wlad' s' tussire debent dicti fratres iniquitatis
filij volentes quadrupli tocius cleri et populi eiusdem Wlad' dioc' in
predicta terra sue matri ecclesie et ipsius episcopo prefato in rebellione
contra et rebellem facere ac scisma cupientes membrorum huiusmodi
a suo capite taliter separare procurarunt et fecerunt nomine tocius
cleri dicte terre a reuocatione officialium huiusmodi predicta appellari interponi
ad sedem apostolicam et ad papam non nullos libellos famosos contra
eundem episcopum in predicta appellatione tali quali inserentes inseri quod facientes
Dicit quod sub predicta appellatione pretextu licet inique pfata prefatus clerus
et populus steterunt multo tempore taliter rebellando sue matri ecclesie et
ipsius episcopo sicut nec hodie eis bene obediunt nisi dequanto placet
dictis fratribus Sic quod fuit et est verum publicum et notorium

l. Item quod predicti fratres non contenti sed volentes etiam sibi in hominibus et
in bonis eiusdem ecclesie dominium vsurpare non solum oppresserunt et
opprimunt multis et variis tributis penis exactionibus et angariis
villanos et rusticos villarum eiusdem ecclesie in dicto ducatu Pomeranie
pro eorum libito ab eis exigendo sed etiam compellebant et compellunt
eos ad colendum agros eisdem fratribus ad ducendum et portandum
ligna lateres et lapides pro edificandis munitionibus ad faciendum
fossata et ad alios labores grauissimos (nec non etiam sepius cogebant
et coegerunt eos ire secum ad faciendum eorum reysas solitas contra
infideles predictos etiam ad multas dietas expensis eorundem villanorum huiusmodi
propriis Dicit quod propter eos grauati et oppressi quidam non possunt nec potuerunt suam
pensionem consuetam siue censum dicte ecclesie debitam soluere cum effectu
sic quod faciebant et fecerunt ac facere consueuerunt licet in dicte ecclesie non
modicum detrimentum Itaque fuit et est verum publicum et notorium

li. Item quod eorundem fratrum grauata sua et peruersa nimium exaspirans de predictis
adhuc non contenta sed volens etiam sibi clerum in seruitute subicere
et sacerdotium ponere sub tributo ut inuenirent ad eundem ... posuit
et subiecit (et tamquam infideles filij dicti fratres in clero dominantes
coegerunt rectores parochialium ecclesiarum dicte terre quamuis et aliarum
terrarum ut creditur quas obtinent sub sua potestate contra facultates ...

ecclie sive busitoj emeret sibi equos tenet et etiam impinguarat
pro facienda guerra Regi polonie licet contra prohibitionem lateranen
Concilij generalis prohibentis collectas vel quascumque angarias imponendas
clericis vel consenciendo in eas sub pena excommunicationis late dampnate et
in c adversus de emu. ecclesiarum Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lij Item non solum ecclesiarum prelatorum sed etiam Religiosorum spiritualium et
cenobiorum sive monasteriorum persecutores crudelissimi extiterunt
nam ut post annum quinquagesimum tercium unum insigne monasterium
Monachorum de ordine Cistercien situm in opido dicto Coronolbo
gnezn dioc. vladislavien Venientes cum magna potencia armatorum non solum
spoliarunt prout spoliaverunt idem monasterium et predictum opidum
ac eciam multas villas et possessiones notabiles eiusdem monasterij
sed etiam tam ipsum monasterium quam dictum opidum unius xpmi
villas magnas et bonas eiusdem monasterij que adiacent ipsi
monasterio cum pluribus ecclesiis calicibus paramentis et sanctorum Reliquijs
realiter combusserunt et in cineres redigerunt comburi que fecerunt et
reedificato dicto opido eiusdem monasterij iterum combusserunt Itaque
fuit et est verum publicum et notorium

liij Item non solum ecclesias supradictas sed etiam Ecclesiam Gneznen metro
politanam in Regno polonie crudeliter persequentes suis possessionibus
ut in districtu Camen nuncupato eiusdem ecclesie spoliabant totumque
districtum quasi vel quam multas villas multasque possessiones alias
notabiles dicte ecclesie occupabant tenuerunt que annis pluribus et
occupatum fructus redditus et proventus sibi usurpando et in usus
proprios convertendo et non solum semel sed pluribus vicibus sic
fecerunt ut occupando districtum predictum prout occupare consueverunt
quaciescumque guerram faciunt cum Rege vel cum Regno polonie
memorato Itaque fuit et est verum publicum et notorium

liiij Item non solum prefatum districtum dicte ecclesie Gneznen pluries occupabant
sed etiam pluries vastabant villas ac possessiones quasi supradictas
cum ipsarum ecclesijs suis que rapinis et incendijs destruebant
prout vastaverunt et eciam destruxerunt et maxime ab viij annis
proxime preteritis citra. hostes que villarum et possessionum quasi predictarum

in pfato distctu eiusdem ecclie ad tantam inopiam deduxerunt
q multi coguntur ex eis hostiatim mendicare Sic q dci fres
eorum crudelissimi inimici adeo eandem ecclesiam ecclesiam oppsserunt
q ubi archieps eiusdem eccle p tpe habebat et hre solebat
de pecuniis ordinarie imptatis annis singulis de eodem districtu
et ipius huiusmodi possessionibus xviij cetena marcas gr boemicalium
iij milia flor auri de camera in valore excedencium vel circa
exceptis pluribus allodiis ad mensam archiepi eiusdem eccle
ptinentibus et p eosdem fres spoliatis et combustis aliis q obuencionibus
fructibus ac aliis multis utilitatibus hodie dno habz vel hre
pt C marcas siue et flor auri Itaq fuit et est verum pu et notorium

lv. Item premissis non contenti sed adhuc in maiorem destructionem eiusdem
ecclie anhelantes opidum dcm Camen cum sua fortalicio
in distctu supradco ecclie eiusdem ecclie tradentes ibique concordia
facta cum tenutariis dci castri vz q deberent cum omnibus
eorum rebus salui recedere et q eisdem fratribus traderent ipm
castrum qui credentes eorundem frm vbis licz fallacibus et
tlr simulatis concordia ad eos descendere de eodem castro siue
fortalicio mox eos captiuarunt et castrum ipm sub spe dce
concordie receperunt eodemque fortalicio taliter habito sub sua ptate
tandem tam fortalicium quam dcm opidum funditus destruxerunt
et totaliter cremauerunt destrui q et cremari fecerunt dcos q
captiuos annis pluribus in captiuitate sua tenuerunt et ut
creditur et nunc tenent licet ex ipis duos pspiteros ligatis
eis retro manibus inter homines in publico ploco diuisa duobus
diebus tamquam latrones publicos exponere cum q fecerunt ipis
in graue vitupium et contemptum ordinis clericalis postea
vero abire dimiserunt Itaq fuit et est publicum et notorium fuit
q et est publica vox et fama

lvj. Item q ante destructionem dci fortalicij et opidi annis precedentibus
dicti fres diuinam reuerentiam non timentes nec in aliis criminibus
enumeratis contenti inuenientes in dcm opidum mox quendam
famosum et notabilem virum Capitaneum p tunc dci fortalicij

infra missarum solempnia coram multitudine populi de eorum per-
tinencia existentes prout extiterunt ipsum quod suspendere aut
decollare voluerit licet sine aliquo iudicio ac etiam in territorio
alieno nec suum hominem sed etiam alienum et fecisset nisi ville
prece et alie instancie intervenissent et etiam obstitissent Ita quod
fuit et est verum publicum et notorium

lvij Item villam dictam Grodzno magnam et notabilem cum
allodio habundanti ad mensam archiepiscopalem principum Gneznensium
dicte tunc ville redditus annui ad summam notabilem ascendentes
fuerit et esse consueverit eorum ministrorum sive mansionariorum
in ecclesia Gneznensi et ad certa divina officia in eadem ecclesia deputati
una cum aliis allodiis dicte mense archiepiscopalis eiusdem ecclesie
videlicet in Suchta [?] magna Czirekniga [?] etc camen [?] etc dicti fratres
ignis incendio totaliter deleverunt et delere ac comburi fecerunt
in grave detrimentum dicte ecclesie necnon ministrorum predictorum ac divini
cultus diminucionem Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lviij Item predicti non contenti sed adhuc et magis eandem ecclesiam opprimentes
ipsius iurisdictionem tam in spiritualibus quam in temporalibus de presenti
districtu et maxime in villis eiusdem ecclesie que sunt in terra
predicta Pomeranie impediverunt et impediunt subditos ipsius
ecclesie vel aliis suis sentenciis vel mandatis obedire non curantes
ad se recipiendo et etiam colligendo necnon contra eandem ecclesiam
et ipsius homines munitiones vel [?] data copia suis machinacionibus
defensando fecerunt quod et faciunt suis ~~quitt~~ conniventiis [?]
et etiam machinacionibus quominus officiales archiepiscopi Gneznensis pro
tempore in eodem districtu libere possint vel valeant aliquos pro
eorum excessibus exercitare vel aliter punire seu aliter iusticiam
ministrare dicte quod faciendo non est dubium subditi iusticiam
rebellandi occasionem prebere ac iurisdictionem ecclesiasticam enervare
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lix Item quod nunc post annum domini millesimum etc iam venientes
hostiliter cum magna potentia armatorum erectis suis banderiis

in Regnum polonie vastam quod de dicto Regno vna terram ma
gnam districtum siue comitatum notabilem videlicet Nakiel alias Crayna
vulgariter nuncupatam Regis polonie multas villas opida fortali
cia ac alias diuersas et in magno numero possessiones notabiles
necnon ecclesias et alias sacras edes combustionem igne totaliter deleuerunt
vel quasi et in cineres irreparabiliter conuerterunt continuoque fecerunt et deleri
siue in planum conuerti sicque fuit et est verum publicum et notorium

lx Item quod intrando terram Regum [Regnum] et vastando non semel sed pluries
ac vicibus iteratis non solum in predicta terra Nakiel siue comitatu
sed etiam in districtu Bidgostien. necnon in ducatibus supradictis videlicet
Dobrinen. Cujavien. ac etiam in ducatu Mazonie multas villas
opida fortalicia ac alias diuersas possessiones tam spiritualium quam etiam
secularium personarum multorumque nobilium et etiam aliorum diuersorum dominorum
necnon etiam multas ecclesias suis incendiis spoliis et rapinis grauissime
destruxerunt destruique fecerunt Sicque malefactores memorati
non fratres milicie sed fratres profundissime iniquitatis et malicie tot
et tanta dampna fecerunt in eodem Regno polonie que videntur quasi
innumera et inestimabilia tot et tanta mala nequiter perpetrarunt
que videntur quasi inenarrabilia Sicque multos nobiles et alios
valentes et diuersos homines ad extremam egestatem et paupertatem
irreparabiliter deduxerunt et isti sunt fructus huius ordinis gloriosi Itaque
fuit et est verum publicum et notorium

lxi Item postquam dicti fratres terram ut dictum est oppressissent dictum Regnum
de hiis malis non contenti sed de malo ad peius anhelantes
totumque regnum polonie euertere molientes congregata maxima
multitudine gencium armatorum de diuersis partibus xpianis volentes
quod in polonos xpianos crudelius deseuire bombardis et aliis
instrumentis bellicis sufficienter instructis necnon nonullis quadrigis
seu curribus cum kathenis ferreis oneratis pro vinciendis hominibus
et ligandis fortissime se armabat prout fuit euidencia postmodo
declarauit Rex prefatus senciens tanta fieri exposita malis verisimiliter

psumens de futuris volens qz tamens agere suis exercitibus
congregatis cum prefato suo fratre rex dux vitoldus magnus dux litwanie
et volentes ambo eisdem fratribus cum suis exercitibus occurrere
pgressi sunt eos usqz ad corpdem fratrum domina querentes nichilominus
pmediacios solempnes qui saltem iam videntes multitudine gencium
hinc inde stridentibus armis sibi oppositam vellet ad aliquid
pacis et concordiam inclinari Dicti fratres magis in sua superbia
elevati et ad bellum potissime preparati ad effusionem sanguinis xpiani
properantes ordinatis aciebus bellatorum miserunt per duos avoldos
duos gladios dictis principibus scilicet prefato regi unum et suo fratri predicto
alium dicentes prout audivimus assiitur Accipite vobis istos
gladios in auxilium quia hodie non poteritis nobiscum bellum
evitare quibus factis mox cum suis gentibus irruerunt cum impetu
vehementi super exercitus principum predictorum Ibique fuit magna strages
populi nec quasi hinc similis in mundo nostris temporibus usquam facta
est vel audita multa milia armatorum ex parte eorumdem fratrum
ibidem corruerunt Sic qz dicti fratres habentes corum temeritate nimia non
plenum deum multitudinem sed ex se plurimos pociores ac in magno
numero ibidem in conflictu quasi manum propria tradi necaverunt sic qz
se et suos dampnabiliter perdiderunt sed utinam non perdicione perpetua
et loquendo iuxta famam qualiter famatum qui bella fieri viderunt
ad C milia armatorum vel quasi dumtaxat de suis gentibus taliter
occiderunt quod vergit in gravem dei offensam in detrimentum fidelium
ac in pnicie mali exempli scandalum qz plurimorum Ita q f et c v p z nos

Item quod dicti Rex et dux fratres et principes pliberati in conflictu predicto
triumphantes et optenta huiusmodi victoria licet plura Castra et opida
dictis fratribus receperant tamen inter alia prefatus dux frater eiusdem Regis
gentes armorum in magno numero posuerunt pro custodia Castri
in opido Elbing vulgariter nuncupato Warmiensis dioc tandem
dicti fratres resumptis viribus postquam prefati principes cum eorum
exercitibus redierunt ad propria congregata iterum magna potencia

armatorum et vallato dicto castro vltimate tandem suis blandicijs
et tractatibus amicabilibus licet dictis et subdolis taliter qualiter
optinentes dictum castrum de manibus generosi predicti datis eis
litteris sufficientibus salui conductus et ultra hoc sub titulo ipse
sinceritatis et concordie amicabilis per viam dictus litwanicam eosdem
cum omnibus rebus eorum conducentes in quoddam oppidum corporis de
fratrum holand nuncupatum dicte Warmien dioc. invenientes in eodem
archiepiscoporum milites ac alios viros strenuos ac principales bonos
pruthenos cum ipsorum familiaribus etiam in magno numero prope
sua arma a se deposuerant alios in mensa alios in balneis
alios pausantes in dormitorijs atrocissime necaverunt et occidi
fecerunt viros tres vel quatuor exceptis bene prius sicut Ita quod de
familiaribus dictorum archiepiscoporum licet occisorum viri aliqui familiares
pauci tamen de manibus dictorum trucidancium cum extrinseco fugientes
mortis periculum euasere Itaque fuit et est verum publicum et notorium sicut et est publica vox et fama

lxiij. Item quod pacificato et aliqualiter concordato hincinde inter dictas
partes huiusmodi generose predicte negocio cum dictis fratribus in bonum et effectum
eiusdem concordie et expactis hincinde inter easdem partes habitis
captivos quos apud se in eorum captivitate de dominijs dictorum
principum tenerant et habuerunt de huiusmodi captivitate emittere
et absolvere ac absolutos permittere inde libere recedere debuerunt
Ipsi tamen fratres violatores fidei ipse fraudum quam integram simulantes
se tenere huiusmodi dictam concordiam factis eorum nephandis huiusmodi
facientes emissis dictis captivis et eos ad recedendum libere
absolutis sed in vijs positis eis insidijs eos inhumaniter occiderunt
et occidi fecerunt et alios submerserunt sic quod ex multis captivis
predictis paucissimi aspectum ad sua redierunt Et quod fuit et est
verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama

lxiiij. Item postquam Rex et dux supradicti cum suis exercitibus de
ipsorum fratrum dominijs recessissent ut supra dictum illico dicti fratres
nescientes bene agere sed ad rapinas multum avidi Warmien
ecclesiam et episcopum pertinuit episcopi in partibus prussie suis cum
possessionibus et alijs bonis mobilibus nec non rebus eius predictis

et iocalibus spoliavit Castra villas Opida et possessiones
alias per se occupando prout occupaverunt tribus quasi annis vel quasi
tenuerunt quasi occupatas et occupatarum fructus redditus et proventus
per se usurpando et in usus proprios convertendo licet inique tenuerunt et iniuste
detinuerunt quasi episcopus suus ac ecclesie sue predicte bonis omnibus ecclesie spoliatus
crudelitatem ipsorum perhorrescens derelicta eadem sua ecclesia coactus
est exulari sic de proprio et in domo Regis polonie predicti demoratus
prout tribus annis vel quasi ibi commune de pauperibus morabatur fecerunt
quod dicti fratres quominus idem episcopus valuit in sua ecclesia predicta libere
residere et communi gaudio potuit eiusdem ecclesie libera et pacifica
possessione licet non sine gravi oppressione ipsius dicte ecclesie et grave preiudicio non
modico pontificalis dignitatis fuit et est verum publicum et notorium

hd. Item quod predictis bellis conditionibus prout dicti fuerunt licet est premodo
exquisitis per eundem predictorum scilicet partem prefati Regis polonie et coad-
iutorum suorum episcopi dicti et predictos fratres ac ipsorum coadiutores
partem ex alia super omnibus controversiis dampnis et iniuriis quibuscumque
in Serenissimum principem dominum S. Romanorum et hungarie Regem etc compromisso
et per eundem Romanorum Regem super nonnullis articulis inter dictas partes
sub penis gravissimis de consensu earundem per eundem pronunciatum
fuisset arbitratum laudatum ac etiam declaratum et concordatum inter
cetera quod predictis ecclesiis videlicet Wladislaviensis et Warmiensis ipsarum possessiones
necnon domini Andree lascarij tunc preposito dicte Wladislaviensis ecclesie ablata
et detenta hiidem fratres restituere debuissent Super quibus vero
prefato Regi Romanorum etc liquere tunc non potuit constituit et deputavit
eisdem partibus et de consensu ipsarum expresso/ unum nobilem virum
de Regno hungarie videlicet dominum B. de chatera licenciatum utriusque
iuris et magistrum in artibus liberalibus qui in partibus polonie
et prussie super limitibus dominorum et super nonnullis aliis;
super quibus tunc agebatur inter partes predictas informaciones
testes iura et munimenta per eundem que partes eedem vellent hiinde

pdict recipet ac etc sup quibus p eund Ro re Regem
fuit pnunciatu iam fuerat expressioni debite demandaret toru
cpo duo W pfato dcti fres medium pse medium p suos
pcurres legittimos copaentes ad hmoi ullos actu tanck ad om deb
et decendum de suo iure quod in terris Samagittarum lituanie
et alijs et eorum limitibus se hre ptendebat pfua q i eisdem
fundanda intendo supdicts articulos vna cum ceris liris
Ro pont et imperator pdicts et ptem cprmis tlr qlic fabricats
dfisse et dmoribus erroneis dequibus supius dem est dpedico
pdupcit Cum itaq pfatus dnus W tn ad execucionem huiusmod
arbitralis sentencie qua ad alia pcedit mis madatu s editu
madauit q dicts fribus ut pfats eccljs et eorum epis scz
Wladis et Warmien earum possones nec no alia bona mobilia
ipis ac pfato dno d. pto Wlad restitue debent om effcu
put de hijs supdicts constat et constae pt exacts et pcessu
huiusmod dce cause adque et ad que refert se instigator et pcur
memoratum. dicti tn fres in sua malicia obstinati nec Ro Rege
curants neq penas formidantes grauissimas in eadem sna
arbitrali quibus se volumtarie submiserut contentas nec dem.
timentes nec homines deas eccias et earum epos ad suas
possones pdicas admitte voluerit nec ablata et detenta supdcis
dicts psonis quomismo tunc restitue voluerit put no restituerit
licz pmodu eis aliqua no tn omia restituerit, ymo ptinuey
et vilipendents dem mandatu eis fem qmis no sine mag
apptlo contempta secularis ptats dci Ro regis quadam appellom ptem
licz ipo iure nullam frivolam temerariam et iniquam interpo
suerit et intpom fecerit ad electores Imperij put sufficient
constat et constare pt exacts actitats q sunt ex pcessu de dce
cause ad que se refert dominis pcurs pmotor et pcur in grande
detrimentu ecclias ac pnudicium psonarum pdcarum cum clare cstat
et constare pt tam depnt quam de pso electores Imperij no esse
Iudices Ro Regis ac etiam priu et psonarum pdcarum Itaq fct.

v. pet nots

hom Item quod publicata supradicta sententia arbitrali Regis Romanorum predicti que inter cetera continebat quod plena debet esse securitas et libertas viarum hinc inde inter partes predictas mercatoribus et aliis hominibus quibuscumque tam per terram quam per aquam pro ipsorum necessitatibus vel negociis exercendis de polonia in prussiam et contra prout hec et alia in eadem sententia continentur ad quam similiter se refert predictus instigator, multi mercatores ac alii necessarii simplices homines tam de Cuyavia, Mazovie quam de aliis dominiis Regis et Regni polonie et suorum, credentes dictos fratres velle iam finaliter dictam concordiam laudum sive sententiam arbitralem et dum se cum suis bonis causa negociacionis ad ipsorum dominia transtulissent et transferrent hiidem fratres humane miseracionis deposita sua crudelitate heretica nimium excecati que ipsorum videtur esse propria dictos mercatores et alios homines de regno polonie et dominiis principum predictorum quotquot recipere potuerunt crudeliter necando miserabiliter punire alios occiderunt alios proiciendo ad aquas submerserunt primi quod fecerunt necessariis eorum pecunias et alia multa bona per se receperunt prout hec et alia sunt deducta et ut creditur sufficienter probata coram reverendo in christo patre domino Johanne Strigoniensi archiepiscopo et suo Collega domino N. de gara palatino magno hungarie prefato Romanorum Regem ad hoc substitutis de consensu expresso parcium predictarum prout eis constat et constare potest ex actis et processu coram eis habito ad que et ad que acta et acticulata huiusmodi refert se pro ut et procurator predictus [illegible] deffectu aliarum probacionum in casu quo predicta negarentur per partem adversam vel aliquid premissorum Et quod fuit et est hoc publicum et notorium

hom Item volentes adhuc apponere iniquitatem super iniquitatem non obstante sententia arbitrali Romanorum Regis antedicta. ymmo post et contra ipsam sententiam viribus iteratis irruentes cum suis banderiis et multitudine armatorum in Regnum polonie ad vastandum nominatim quod ante eandem sententiam vastaverunt ipsum Regnum cremando spoliando

rapiendo multa quoque homicidia rapinas sacrilegia incendia et
alia enormia plurima ecclesiis et sacris edibus non parcentes nec
muliebri sexui neque sacerdotali ordini nequiter perpetrarunt
Dicit quod in dicto Regno presertim in ducatibus Mazouie Dobrinensi
Cujauie nec non in districtibus Bidgostiensi Nakliensi supradictis
tam spirituales quam seculares homines nobiles plebeios et
villanos suis huiusmodi rapinis et incendiis ad paupertatem nimiam
deduxerunt Dicit quod fuit et est verum publicum et notorium

lxxviii Item quod non obstante eciam dicta sentencia arbitrali que eciam Illustrem
principem dominum Boguslaum ducem Stolpensem tamquam coadiutorem
prefati domini Regis Polonie contingebat et comprehendebat similiter
intrantes suum ducatum Stolpensem non semel sed pluries ad
vastandum suis banderiis erectis multas villas ibidem
multas quoque ecclesias cum sacramentis et sanctorum reliquiis cremaverunt
effregerunt et eciam spoliarunt nonnullos homines nobiles
et alios decapitaverunt mulieres honestas et virgines turpiter
oppresserunt decapitaverunt que et opprimi fecerunt multa quoque homicidia
Rapinas sacrilegia incendia alia quoque plurima enormia nequissime
patrarunt dictum quoque ducatum sic vastando penitus destruxerunt
multos quoque homines et divites similiter ut supra depauperarunt
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lxxix Item quod post et contra eandem sentenciam arbitralem predicti cruciferi
in Gnesensi metropolitana Wladislauiensi et Ploczensi dyocesibus bonis
nec non prefatum dominum Nicolaum Kastarij tunc presertim Wladislauiensis ecclesie nunc
vero electum ecclesie Poznaniensis suis rapinis et incendiis
huiusmodi nonnunquam dampnificaverunt immo aliquas eciam magis
post eandem sentenciam quam ante dicto quoque domino Nicolao preposito tres
villas notabiles scilicet Wangerskie Dimo et Maczeijewo sic
nuncupatas dicte Ploczensis eciam post et contra eandem sentenciam cremaverunt
et cremari fecerunt Dicit quod fuit et est verum publicum et notorium

lxx Item quod cum tandem Rex polonie prefatus querendo remedium
contra mala volens dictos fratres quodammodo stringere ad satisfactionem
aliqualem vel saltem ad concordiam efficacem, se cum suis exercitibus
contra ipsorum fratrum dominia posuisset, Cumque nonnulli pauperes homines
querentes sibi victum lucrum de suis lucris et negotiationibus de diversis
villis et opidis regni polonie bene septingentis curribus
vel quasi de suis rebus victualibus oneratis ad vendendum
gentibus armorum iter facerent proficiscentes, ipsos dictos exercitus
predicti fratres ad effusionem sanguinis humani avidi et carnifices
atrocissimi positis eis insidiis de Castro dicto Zoldow Culmensis
diocesis non solum receperunt eos dictos currus cum eorum rebus victua-
libus predictis sed cum hiis eciam qui cum eis erant crudeliter occiderunt
aliquos submerserunt occidi quosdam et submergi fecerunt vix aliqui
pauci hoc mortis periculum fugientes evaserunt Ita quod fuit et est
verum publicum et notorium

lxxi Item quod cum nonnulli armigeri de dictis exercitibus segregati
ivissent pro suis faciendis dicti fratres super eos irruentes eorum
captivitate non contenti quinquaginta viros vel circa ex eis
crudelissime occiderunt et occidi fecerunt, ut autem sit de ipsorum morte
et occisione huiusmodi contenti sed tanquam canes impudici sue crude-
litatis rabiem aliter saciare non valentes, corporum talium occisorum
pudendis amputatis et virili parte cuiuslibet eorum ad os apposita
ad conspiciendum eos cunctis illic per viam transeuntibus pro spectaculo
reliquerunt, Communis non sine grandi prejudicio religionis christiane
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lxxii Item quod treugato iterum aliqualiter huiusmodi gwerre negocio tam
prefato Ro. Rege quam eciam Jo. xxiii pro tunc papa operantibus qui
papa ad hoc suum specialem nuncium misit videlicet Re. p. dominum Wil-
helmum Lausanensem episcopum licet prefatus Rex polonie in tractatu huiusmodi
treugarum diligentis fuit ocians et cum instancia requisitus fuit

dictos fratres ut prefato tali pacto facerent et firmarent quod quamvis eciam
aliquid gravaminis cum eodem Rege facere eos contingeret quod
ubi captivare possent homines quod eos occiderent et mortificarent
debent. Eisdem fratres plus et plus in profundum malorum declinantes
volentes crudelitatem suam in aliquo minuere ut apparet sed
tamen potius adaugere nequaquam tali pacto volebant acquiescere
nec in hoc aliqualiter consentire prout non consenserunt Itaque fuit et
est verum publicum et notorium

lxxxiii Item quod non obstantibus treugis predictis sic firmatis ut dictum
est nichilominus consueta debilique non valentes ad nonnullas
villas de manibus Capitaneorum Regis polonie per violenciam
exercuerunt iam diversa incendia in Regno polonie per immissos
homines suos procurarunt cum effectu prout idem incendiarii capti
ut dicitur sponte fatebantur iam eciam intrantes cum magna
potencia armatorum ducatum Stolpensem domini Boguslai ducis supradicti
incendiis et rapinis fere totaliter vastaverunt, iam ecclesiam Gneznensem
et ipsius Archiepiscopum videlicet suis censibus et redditibus et
in villis eiusdem ecclesie ipsius homines spoliarunt, unde ista vel
alia faciendo contra dictas treugas, et tercio contra alias treugas
pace ipsorum prorogatum factas ultimo parisius inter predictos principes
per excellentissimos videlicet Romanorum et francorum Reges temerarie attemptarunt
eas quod similiter violarunt predictas villas nulle nolentes restituere
prout non restituerunt et alia eciam faciendo Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lxxxiiii Item quod concedendo nonnulli duces de Regno polonie presertim de
ducatu Mazovie terram Culmensem que confinat cum terra prussie
tunc in suo dominio optinentes intra limites dicti Regni, non
attento quod dicti fratres dum adhuc terram prussie non haberent
ad eos veniebant in vestimentis ovium videlicet sub habitu regulari
religionis simulata intrinsecus autem fuerunt sicut et hodie sunt
lupi rapaces prout postea ex eorum fructibus apparuit et

apparet luculenter etas eis donaciones fecissent et eciam possessiones
in eadem terra Culmensi prout fecerunt sicut asseritur a nonnullis
ad effectum videlicet quod pugnare deberent contra Prutenos tunc temporis infideles
communis nullius et defectu eo quod donaciones de jure nichil valuerunt
sicut nec valide poterunt tum propter incapacitatem dictorum fratrum
tum propter eorundem donacionem quod decepcione et errore cum
non sit verisimile quod tamquam sortis communis est impium et temerarium videlicet
predictos principes voluisse libere mittere eorundem fratrum in possessionem ipsorum quod
impietate sit fouenda Oritur quod pia simplicitas ducum et principum
predictorum malum fabricavit suis capitibus gravissimum flagellum
quod durissimum non solum suis heredibus et posteris sed eciam toti
Regno polonie hactenus ignorantes Ex quibus possessionibus sic donatis
tamquam dum fuerit devicta potencia Prutenorum et ipsorum terra ut supra dictum
est occupata satisfaciendo sue rapacitatis desideria tandem dictos
duces a totali dominio dicte terre Culmensis realiter excluserunt
hactenus temerarie inique et iniuste dictam terram quam terram et ipsius
dominium contra occupare tenuerunt quod occupatum et occupatum
et nunc tenent communis in grave periculum animarum dictorum fratrum ac in
ipsorum ducum ac eis quod libenter succedencium magnum preiudicium et
gravamen Itaque fuit et est verum publicum et notorium
lxxv Item non solum prefatos duces a dominio eiusdem terre libere excluserunt
sed eciam Regibus polonie racione eiusdem terre pro tempore existentibus
noluerunt subici nec ipsos in suos superiores volentes recognoscere
prout non subiciunt neque recognoscunt communis temerarie iniuste
et inique eandem terram a Regno polonie tamquam proprium
a suo toto sic dampnaliter abstrahentes ipsum Regnum taliter
sciderunt et quantum in ipsis est diviserunt non sine magna
iniuria dicti Regni nec sine gravi preiudicio Regni polonie
et contemptu Itaque fuit et est verum publicum et notorium
lxxvi Item ipsa dicta terra et abstracta de ipsius dominio non contenti

sed etiam in ecclesia Culmensi que est in eadem terra sibi dudum usque
parentes que ecclesia per predictos duces Regni polonie multis
bonis temporalibus et possessionibus notabilibus dotata fuit sed
est prius et fundata hiidem fratres iniquitatis filij eandem
ecclesiam fundatam sic dotatam miserabiliter opprimentes multas
de dictis possessionibus sibi abstraxere quasdam per violentiam
alias per concordiam fictam qualem dolosam videlicet dictam et
iniquam pretendentes ut dicitur a nonnullis in eadem pretensa concordia
in recompensam huiusmodi possessionum abstractarum absoluisse et
etiam libertasse eandem ecclesiam et ipsius subditos ab onere
faciendi cum eisdem fratribus reysas eorundem fratrum solitas
contra infideles supradictos licet nequiter dolose fraudulenter
ut eandem ecclesiam in predictis suis possessionibus deciperent
sicut deceperunt cum ecclesia ipsa iure cum suis bonis et subditis
debet esse libera et ipsam subiecere huiusmodi seruituti cum grandi
sacrilegio violantes emunitatem ecclesiasticam dictas quas possessiones
per se occupare tenuere quas et nunc tenent occupatas in preiudicium
animarum suarum et in eiusdem ecclesie grauissimam oppressionem Et hec
fuit et est verum publicum et notorium

lxxvij Item non solum in temporalibus eandem ecclesiam oppresserunt sed etiam
in spiritualibus suo errore et quadam tirannica pestifera repleuerunt
videlicet ponentes in eadem ecclesia tam episcopos quam Canonicos de
suo proprio ordine sive secta huiusmodi hereticali prout ponunt
quotienscumque offert se tempus vacationis episcopalis dignitatis
vel etiam inferiorum beneficiorum aliorum Et hec predicta terra ac etiam ecclesia
Culmensis antedicta tam in spiritualibus quam in temporalibus taliter
qualiter regebatur et nunc regitur per eosdem fratres publicos
et notorios hereticos supradictos Et hec proh dolor grex dominicus
christifidelium miserabili negligentia prelatorum traditus lupis
huiusmodi rapacibus iam ad pascendum et ipsis morsibus
iam a longo tempore sic crudeliter expositus caret bonus pastor

a tanto tempore non apparuit qui huiusmodi onera propria potestate et
?? hominibus imposita supportasset ad omne quod videtur nedum
mirabile sed sine dubio impium et execrabile et horrendum
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxviii Item non solum abstraxerunt terram ut dictum est eandem terram Culmensem
a prefato Regno polonie sed et Culmensem ecclesiam ipsam videlicet
scindentes a sua metropolitana ecclesia scilicet Gneznensi que est in Regno
polonie cum ipsa Culmensis ecclesia erat et esse consueverat suffra
ganea ipsam que Rigensi ecclesie metropolitane in partibus livonie
multum distantibus licet in corporum suorum potestate existentibus de suffra
ganea ecclesiam adiungere et adiungi procurarunt contra iuris debite
et iniuste in non modicum preiudicium dicte Gneznensis ecclesie necnon et
Culmensis predicte cum dicta Rigensis ecclesia et diocesis decies tum distat
vel quasi ab eadem Culmensi ecclesia et diocesi quam ipsa Gneznensis
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxix Item de predicta terra et ecclesia non contenti sed etiam ad terras alias
et dominia dicti Regni fortius aspirantes terram pomeranie in
Regno polonie consistentem et inter limites eiusdem Regni que
terra est ducatus notabilis a ducibus polonie qui eundem
ducatum sine tamen tunc temporis optinebant taliter qualiter compellentes
et eos extorquendo sicut extorserunt et eos coperunt contra iuris illicite
et de facto ac indebite dolose iniuste et inique cum nullo contractu
legitimo valuit in dictos fratres huiusmodi dominium translatum sicut nec
valere potuit neque prout ut supra dictum est videlicet tum ratione incapacitatis
ipsorum tum ratione defectus predictorum instrumentorum et in specie facti
deceptorum ubi dolus et impressio fratrum taliter decipientium causam
prestitit tali contractui si quis fuit quod de iure presumitur cum
non sit verisimile preterea translacionem dominii dictos duces valuisse
facere huiusmodi in lesionem tam eorum ratione Regis et Regni polonie
in quorum preiudicium talis contractus de iure fieri non potuit nec
debuit Et nichilominus eundem ducatum taliter detinentes cum omnibus iuribus
et dominiis suis iam a longo tempore detinuerunt et nunc detinent occupatum

volentesque eo eiusdem subesse Regi Polonie pro tempore nec superiorem
suum recognoscere prout non subsunt neque recognoscunt eundem du-
catum eos a prefato Regno Polonie taliter removere et eos dimisere
licet dimisse tenere et detento in grave periculum animarum dictorum fratrum
Regis et Regni predictorum preiudicium et gravamen, necnon in ipsorum
subditorum eiusdem ducatus tirannicam oppressionem. Dicit quod fuit et
est verum publicum et notorium. Dicit quod facientes ut dictum est publice et
notorie prout faciunt et fecerunt sunt et fuerunt occupatores temerarii
iniuriosi quoque detentores necnon tiranni et oppressores publici et notorii.

lxxx Item premissis non contenti sed iterum aliud terram eorum in Regno Polonie
consistentem et intra ipsum Regnum videlicet Michaloviensem indebite occupatam
similiter a ducibus Regni Polonie taliter qualiter obtinentes aut verius
extorquentes prout extorserunt licet invalide nulliter et de facto iniuste
et inique eo nullus talis contractus de iure valere potuit ymmo hiis
supradictis ipsam quoque terram ab eodem Regno similiter ut dictum est
abstraxerunt et quantum in eis fuit diviserunt quam similiter aliquo
tempore tenuerunt taliter occupatam et nunc tenent in animarum suarum periculum
dictorum Regis et Regni preiudicium et gravamen. Ita quod fuit et est verum publicum et notorium.

lxxxi Item premissis talibus non contenti sed procedentes ex terras alias eiusdem
Regni Polonie vadentes per eorum libitum quoddam bellum unum Castrum
forte dictum Nessaw prope in ducatu Cuiavie dicti Regni construxerunt
nonnullas quoque villas silvas ac alias possessiones in
eodem ducatu similiter cum eodem Castro taliter occupatum tenuerunt
quod occupaverunt et occupatum et nunc tenent licet iniuste et inique in
grande preiudicium et gravamen regis et Regni predictorum ac in grave
iniuriam et oppressionem eiusdem ducatus sine consensu in eo
eo nec titulo donationis nec emptionis poterant ista possidere
neque prout eo titulo donationis etiam erronea nulla est ipso iure, nec eos
titulo prescriptionis quia male fidei possessores similiter possidentes vi penitus
aut clam ullo tempore non prescribit de quo Castro eiusdem ducatum
necnon eos ipsum Regnum suis Rapinis et incendiis sepe sepius
invadentes gravissime dampnificaverunt ac dampnificare dampnificari
que consueverunt quotiens volunt aut voluerint. Et inimici iurati
sunt taliter Regibus et Regno Polonie necnon ducibus atroces

ciuitates et districtus sepe et sepius inuocando quod si eorum donaciones forsitan huiusmodi competere eis seu alias de iure essent valide prout non sunt, meruerunt esse prout ipsis dudum fecerunt se indignos. Itaque fuit et est verum publicum et notorium.

xxxiii Item premissis terris non contenti sed eciam non obstante quod fluuius dictus Wisla fuit et est communis limes diuidens dictam terram Culmensem per eos occupatam ab aliis terris Regni Polonie videlicet Cuiauie Bidgosciensi et Nakelensi et tamquam communis limes ipsarum interueniens communiter seruiebat ipsis terris videlicet proxime dictis ab vna parte et dicte Culmensi parte ab alia, sicut seruire debet, de vtraque parte pro potestate sua nauigia fecerunt ad aliam partem et eciam ipso dicto fluuio corone Regni Polonie graues et notorias iniurias inferentes ipsum Regnum inuadendo in pluribus suis terris districtibus siue locis quando volunt per fluuium facientes sibi ipsum licet inique et iniuste omnia nauigia sibi vsurpare volentes permittere aliquem nauigare siue ad ipsos siue ab ipsis venientes nisi in ipsorum suis propriis nauigiis ut sibi eorum questus qui inde prouenit accrescant prout sic apparent qui questus et prouentus non notabilis dumtaxat non sunt siue magna iniuria Regis et Regni predictorum. Sic quod inuadebant ac inuadere consueuerunt ipsum Regnum tamquam latrunculi et [illegible]. Itaque fuit et est verum publicum et notorium.

xxxiiii Item predictis nauigiis non contenti sed cum ab alio latere dicte terre Culmensis quidam fluuius Drwanza appellatus sit et est interueniens inter eandem terram Culmensem et terram Dobrinensem in Regno Polonie diuidens dictas terras tamquam communis limes vtriusque earundem ipsi decem fratres rapinis et iniuriis huiusmodi eis solitis forcius inherentes ut eandem terram Dobrinensem et consequenter alias terras dicti Regni possent inuadere quando vellent non solum dictum fluuium tamquam sibi proprium per se taliter vsurparunt sicut vsurpant sed eciam vtraque litora ipsius occupantes in certis locis pontes firmissimos cum castris magnis et fortaliciis fortissimis ad eandem terram Dobrinensem sibi fecerunt videlicet in Lubicz in Golub et in Strosberg alias in Brodnica opidum Culmensis diocesis. De quibus locis et castris

spoliorum expendentes tamquam latrones despoliantes invadebant et invadunt
quam volunt ac invadere consueverunt dictam terram Dobrinensem quamque ipsam
capientes totam occupant quamque propriam tamquam lupi rapaces discurren-
tes mactant occidunt quoque homines rapiunt capiunt sacrilegia et incendia
faciunt et alia multa mala Et quoque faciunt et fecerunt ac facere consue-
verunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lxxxiiii Item quod cum iam terras supradictas tenerent occupassent in Regno Polonie
vel saltem ex eis aliquas nolentes in hiis quiescere nec eis contentari
dudum videlicet lxxx annorum spacio iam decurso vel circa grandi multi-
tudine congregata gencium armatorum eorum intraverunt dictum Regnum
et ad occupandum conceperunt terras alias eiusdem regni nimium aspirantes
ubi felicis memorie domino Kazimiro tunc Rege Polonie eis in bello
fortissime resistente et in bello triumphante multa milia hominum
armatorum ex eisdem fratribus et ipsorum gentibus tunc temporis gladio
corruerunt quod bello apud Polonos denominatur a villa que vulgariter
Plowcze appellatur Wladislao dicto in cuius campis erat ... Et quoque
dicti fratres ... deceptorum eandem multitudinem ad se sic
allectam licet dolose et inique suis fallaciis quasi propriis manibus
secum ... necaverunt et miserabiliter perdiderunt in grave preiudicium ...
ac eorum religionis ... Itaque fuit et est verum p et n fuit quod est p v et f

lxxxv Item nolentes adhuc sic desistere ab incepto sed resumptis viribus
in persecucionem eiusdem Regis et Regni gravaminum magis in sua malicia
furientes congregata iterum maiori potencia armatorum invaserunt ad
vastandum dictum Regnum quod tunc vastantes crudeliter ad gravia dampna
ediverunt Civitates oppida villas Castra et non ecclesias in magno
numero et in diversis terris et districtibus dicti Regni combusserunt combur-
i quoque fecerunt multa sacrilegia Rapinas homicidia et alia plurima
enormia nequiter patraverunt terras quoque alias a predictis videlicet Brestensem
Wladislaviensem Dobrinensem occupaverunt quas eorum multis annis tenuerunt
occupatas Itaque fuit et est verum publicum et notorium

lxxxvi Item quod hoc oppositum tandem erat in publico consistorio coram domino
Benedicto tunc papa xii ad instanciam felicis recordacionis Kazimiri

Regis polonie vz inpetitu quod dicti fratres in partibus prussie commo-
rantes non nullas terras et dominia infra Regnum suum polonie consistencia
vz Culmen[sem] et pomeranie dudum necnon Wladislavien[sem] Bresten[sem] dobrinen[sem]
et Michalovien[sem] terras ad Regem et progenitores eius de iure spectantes infra
ipsum Regnum consistentes non sine magna strage xpifidelium et carce-
ratione et captivitate plurimorum hostiliter invaserunt et per violenciam occupaverunt
et adhuc sicud dicebatur detinebant occupatas in animarum ipsorum preiudicium [?]
ipsius Regis ad quem tunc dicti Regni sui dictarum terrarum ut premittitur spectare
noscebantur preiudicium et gravamen et supplicato pro parte Regis prefati sibi de oppor-
tuno remedio provideri Et [?] predictus papa recepta informacione summaria
in curia quod dicti fratres erant infamati de premissis volens sicut non valuit
ista convincentibus oculis palliata [?] conscientia pertransire commisso duobus iudicibus
delegatis negocio mandavit simpliciter et de plano procedendo iusticiam ministrare
Cum iudices iuxta vim et formam mandati eis facti servatis servandis procedentes
in causa quam eis constabat exproductis et probatis legitime coram ipsis quod
fr. Theodricus de Aldenburg tunc magister pretensus Commendatores quoque et advocati
pretensi eiusdem ordinis et pretensi de terra Culmen[si] vz de Thorun de Grudzencz
lippanen[si] Radinen[si] Elgiburgen[si] alias dictus de Coprziwnica Golubien[si]
Strosbergen[si] alias dictus de Brodnicza poponien[si] Wenczlowien[si] ac de antiquo
Castro Thorun ac de terra Cuyavie quam tunc occupaverant Nessovien[si]
Orlovien[si] Murinen[si] Bresten[si] Cancloniczen[si] Radzeyovien[si] Masburgen[si]
alias dictus de przedecz ac de terra pomeranie Elbingen[si] Gdanen[si] Dirscho-
vien[si] Camen[si] necnon de terra prussie Marienburgen[si] Stumen[si] lessinen[si] Elbinen[si]
de lessek ac Rigen[si] necnon fratres dicti ordinis predictorum et aliorum locorum et pro-
priorum [?] qui tunc erant cum et hostili exercitu et vexillis erectis timore
dei postposito et diabolo suadente Regnum polonie devastando civitates
vz de Nakel de Wartha de Schadek de Wildziczoll [?] de Conyn de Slupcza
de pobiedziski de Cagoll [?] necnon fratrum minorum et sancte Crucis in pysdri igne
incenderunt et ablatis per eos inde plurimis libris calicibus thezauris et
aliis depositis dictarum ecclesiarum cum suariis [?] et sanctorum reliquiis et imaginibus
totaliter combusserunt] Ideo omnes supradictos in spe et quosdam alios digne

qui dictas Ecclesias incenderat et combusserat et quorum occasione compulsi fuerant auctoritate apostolica eis commissa denunciavere excommunicatos et per Episcopos et prelatos ac ceteros Ecclesiarum Rectores Civitatum et diocesium Gneznensis poznaniensis

Wladislaviensis plocensis Cracoviensis lubucensis Wratislaviensis et Culmensis sub pena suspensionis ab eorum officijs in suis ecclesijs diebus dominicis et festivis dum populus ad divina conveniret mandaverunt nunciari Item ipsos eciam ad reedificandum ecclesias

predictas necnon ad restitucionem et emendacionem aliorum bonorum mobilium similiter condempnaverunt Item quia constabat eis similiter quod terre predicte videlicet Culmensis

pomeranie Wladislaviensis Brestensis dobrinensis et Michalouiensis cum suis Civitatibus Castris opidis et villis et suis Juribus et pertinencijs universis

site sunt infra metas Regni polonie et infra ipsum regnum et tamquam de Regno ad ipsum Regnum pertinent et principes Regni polonie progenitores

dicti domini Cazimiri Regis polonie qui pro tempore fuere easdem possederunt et quod ipsas terras dicti fratres et commendatores prefati cum magna strage

fidelium in dei offensam ac ipsius Kazimiri Regis et ipsius patris clare memorie domini Wladislai eciam Regis polonie in iacturam gravem et lesionem

hostiliter invaserunt et occupaverunt tenent quoque cum omnibus iuribus et pertinencijs universis occupatas indebite Item constabat eis similiter quod terram magne

polonie ad ipsum Regnum spectantem cum valido exercitu hostiliter et vexillis erectis intrantes et invadentes ipsam terram Castra villas Civitates

et opida igne penitus combussere vastaverunt et desolaverunt videlicet Gneznensem Civitatem metropolitanam dicti Regni polonie zneinum Nakel lanicia

Brucolb cum Castro Siradiam cum Castro Warthsam Schedek Baldziczolb Chartlupa omnes villas in territorio seu in districtu kalisiensi pisdri cum

Castro et claustro seu monasterio sive monasterium Conijn Slupcza Clecisko pobiedziski cum Castro ibidem et Costrzin Civitates seu opida multa

cum omnibus suis villis sibi adiacentibus et in eorum districtibus et territorijs constitutis ipsis penitus spoliatis omnibus bonis mobilibus

et se moventibus et multis hominibus interfectis et plurimis cap

cadem terra in captivitatem deductis detinendo quibus municionibus
et opidis igne penitus combustis destruxerunt et deplanaverunt
et alia dispendia dicto domino Regi et Regno suo suisque subditis
plurima intulerunt Et ideo prefati iudices eosdem fratres ad restitucionem
dictarum terrarum pomeranie Wladislavie Brestensis Dobrinensis Culmensis et Mi
chalouiensis plenariam et integram dicto Regi polonie ac fructuum
redditum et proventuum inde perceptorum et bonorum mobilium ablatorum
incensorum et deperditorum nomine ad emendacionem dampnorum super bonis
immobilibus illatorum que omnia taxantur ad Centum nonaginta
quatuor milia et quingentas marcas polonici ponderis et monete
nomine in expensis litis taxatis per eosdem ad mille [illegible] marcas
similes dictos invasores occupatores incendiarios sacrilegos et
malefactores prelibata sentencia condempnarunt que sentencia nulla
appellacione suspensa transiit in rem iudicatam prout hec omnia
superscripta in eadem sentencia iudicum predictorum lacius continentur
ad quam se refert instigator officii prelibati Itaque fuit et
est verum publicum et notorium

Item premissa omnia iure attendentes non solum non curabant destructas
xxvj. civitates suburbia aut reedificare predictas terras vel ablata mobilia
restituere sed nec terras per eos sic invasas et eos occupatas ad dictas
aliquam restituere voluerunt nisi fuit per quandam concordiam communis
iniquam et per eosdem fratres taliter qualiter extortam licet nullam et defectam
nomine indebite et iniuste talem videlicet ut annis nullis dicitur quod
ad eternam perpetue pacis federa inter Regem predictum et Regnum polonie
ex una et dictos fratres parte ex altera tres terre supradicte scilicet Culmensis
pomeranie et michalouiensis debebant manere apud dictos fratres
quas et nunc occupant et tres alie quas eos tunc occupabant
scilicet Brestensis Wladislavie et Dobrinensis penes regem et Regnum prefatos
quas tunc primo restituerunt Regi et Regno predictis simulantes
sic pacem perpetuam cum eodem Rege et Regno dimisse licet fraudulenter

et dolose ut ipsum Regem et Regnum sic deciperent ut scilicet a repeticione
ulteriori suarum terrarum huiusmodi et sibi terrarum de iure debitarum desisterent cum tamen
iuri suo renunctiare non intelligitur qui renunctiat spoliatus secundum canonicas
sanctiones immo contrarium de iure presumitur ut c. ij. de resti spo cum
renunctiacio debet esse libera et actiones petitorie licet sint temporales
quo ad penam sunt tamen perpetue quo ad persecucionem, ut sic adhuc
eandem pacem tenuerit sed postea nichilominus de eisdem terris non
sine gravi iniuria ipsum Regnum vastaverit pluraque dampna ipso Regno
sepius intulerit quam quicunque alij infideles Cum quod dicti fratres
extorta terrarum dicta concordia licet ipso iure nulla tamen racione incapacitatis
parte istorum fratrum tum racione Regis et regni predictorum qui de iure non
tenentur ab eisdem terris taliter recessisse ut dicitur et easdem terras tamquam
suas hereditarias tenuerit et nunc tenet occupatas in preiudicium animarum
suarum ac in grande preiudicium Regni et regni polonie ac non ipsorum
subditorum terrarum predictarum tirannicam oppressionem Itaque fuit et est usque in presens et notorium

xxxviij. Item elapso post hec aliquanto tempore et convallato quodam castro
in vulgari polonico Bobrowniky in theutunico vero bebirn nuncupato
in ducatu dobriniensi supposito per capitaneos et gentes armorum serenissimi
domini Wladislai Regis polonie moderni et ad eiusdem Regis mandatum
circa xxvj annos nunc elapsos vel quasi pro eo quod quidam dux opolie
tunc ipsum castrum et eciam ducatum optinens in feudum a Rege polonie
totum ducatum cum eodem castro tradere disponebat in manus eorundem
fratrum in preiudicium ac eciam contra voluntatem regis et Regni eorundem
sicut tradiderat dicti fratres tamquam fidei immemores et pacis iuriti non
obstantibus predicta concordia irruentes cum magna potencia armatorum
in eundem ducatum ac per consequens in ipsum Regnum et Repulsis capitaneis
et gentibus armorum prefatis de obsidione dicti castri ipsum castrum cum
eodem ducatu tamquam receperunt et eciam occupatum tenuerunt quod multis
annis occupatum tenuerunt non sine gravi iniuria Regis et Regni predictorum
alia quod eciam postmodum multa mala dicto Regno intulerunt Et nichilominus
tamen in sua malicia obstinati predicte presentis concordie dimittentes contradixerunt
ut a nonnullis asseritur racione sibi dictis terris quod Rex et Regnum

polonie ad servandum eis dictam concordiam essent obligati licet ma
liciose temerarie pertinaciter et insulse contra iusta iuris regulam
etiam si dicta concordia alias fuisset valida frustra tamen fidem postulat ab
eo observari cui fidem a se prestitam noluit observare ut rescripsit quia
frangenti fidem fides quo ad aliud etiam si foret iuramento firmata
non obligat Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Item postquam prefatus princeps dominus W. Rex polonie modicus post
multa dampna et iniuria sibi et prefato suo Regno per eosdem fratres sit
multipliciter irrogata ut dictum est tante ipsorum fratrum rabiei et malitie in
gladio resistendo metu divine iustitie ut creditur eorum potentiam prostrinxisset
ipsamque mutilando bello fortissimo de quo supra dictum est non valet
morasset ducibus comitibus militibus et aliis de ipsorum coadiuto
ribus viris valentissimis in magno numero in conflictu huiusmodi
captivatis castris quam multis eis receptis et opidis Et postquam
idem Rex tamquam amicus pacis nichilominus cum ipsis convenientibus
circa opidum Thorun Culmensis diocesis pepigit fedus pacis et
concordie perpetue solempniter cum eisdem dictos captivos de sua
captivitate eis relaxando castra quoque et opida restituendo licet
etiam aliquibus pecuniis receptis ab eisdem fratribus paucis tamen respectu
ad illam iniuriam condescendendo ipsis de predictis terris quas ipsi etiam
huiusmodi voluerit licet facere non debuit ut saltem cum iactura
terrarum huiusmodi predictarum sibi de iure debitarum posset sibi et suo
Regno predicto pacem ab eis tali foedo pretio comparare quam nec
sic potuit optinere Dicti fratres pacis emuli et iniquitatum
agiri fratres militie et nequitie non militie resumptis viribus
iterum post eandem concordiam sic solempniter celebratam infra brevi
tempore ruptis dicte pacis federibus cum magna potentia intrantes
dictum Regnum erectis suis banderiis vastaverunt sicut prius Et
nichilominus ut a nonnullis asseritur contendunt se iuvare per
eandem concordiam verum qualem tamquam confirmatam per
dominum Romanorum et Ungarorum Regem licet frivole pertinaciter et iniq(ue)

Cum ipso super regnum Ergo eo non dicit quis fructus consequi quod
nisus est impugnare Ipsique tamen eandem unionem quam dictam concordiam
impugnant factis contrariis Et bastante domino Rege Polonie prout
bastaverit ut premissum dictum est Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xv Item quod cum illustris princeps dominus Jo. dux Mazovie et in Regno Polonie
circa annos xx proxime preteritos vel circa quoddam fortalicium sive castrum
in eodem ducatu suo sibi fieri procurabat et edificari fecerat magnis
laboribus et expensis dicti fratres nocturno tempore eundem ducatum suum cum
potencia armatorum clam subintrantes et forte dicto duce in lecto
adhuc dormiente in eo ibidem in loco crudeliter invenientes loco indutie
quam sibi concesserant deluserunt ipsum cum multis suis militibus et aliis
viris nobilibus penitus damnizarunt captivarunt captivatumque rapientes
de lecto nudum in una tunica et vix pantalicis suis pedibus valente
imponere et ipso posito super unum equum sine sella de eodem suo ducatu
eduxerunt Ducique illudentes eidem principi contra eorum suum magnam
verecundiam tam nudo turpiter tractaverunt et nichilominus dominum edificium
sive castrum suum demoliri fecerunt et totaliter destruxerunt hancque
vicissitudinem pro impensis eius beneficiis sibi reddiderunt videlicet pro donacionibus
in terra Culmensi ut dicitur a suis progenitoribus eis factis supius
memoratis Ita quod fuit et est verum publicum et notorium

xvi Item quod cum iam fit ut premittitur prefati Poloni fuissent recepti et in possessionem
cepissent exercere potestatem et angelici ecclesiarum prelati in Livonia
dictorum fratrum simulacione seducti quemadmodum et poloni qui prelati
eandem patriam videlicet Livoniam et Lettoniam tam in temporalibus quam etiam
in spiritualibus a tempore conversionis earundem primum gubernabant presertim
ille qui presidebat pro tempore Rigensis ecclesie tamquam in illis partibus
principali iure sedis metropolitane credentes tunc ipsos fratres fuisse
religiosos cum non essent prout non sunt licet in habitu ficte religionis
apparerent ipsorumque miliciam pie tunc cupientes sub ecclesiis in eisdem
partibus perpetuari certas possessiones certamque partem terre ibidem in Livonia
eisdem fratribus assignarunt ut sub ipsorum prelatorum ac ecclesiarum prelatorum

obediencia existentes dictas ecclesias ab incursibus infidelium defensare
deberent sub obediencie huiusmodi aliquanto tempore simulantes ut pyca in
cauda venenum effunderent prout effuderunt tamen diu petere alios sub
ipsorum prelatorum obediencia pacifici quousque de bonis earundem ecclesiarum
fuerunt aliqualiter saciati potentati et ditati facti quod ibi et edificatis
sibi castris et fortaliciis nequam grandia et pessima ac infideles filii
se realiter a dicta obediencia retrahentes primo in matrem ipsam
et dictam videlicet Rigensem ecclesiam manus sacrilegas iecerunt a qua
multa bona defendimus receperunt scilicet captivantes suos prelatos et
duos vtes eiusdem Rigensis ecclesie archiepiscopos successive unum duxerunt
post alium videlicet Romanos primos Albertum primum archiepiscopum dicte ecclesie
Johannem de Bechte cum pluribus suis familiaribus de quibus
nonnullos statim captos decapitaverunt et Johannem Blberim quos
longo tempore in captivitate detinentes crudeliter tractaverunt nec
eos de huiusmodi captivitate prius emiserunt nisi ea que voluerunt
ab eo extorserunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Item quod prefatus Romanus prelatus domino Jo. Blberim tunc archiepiscopo dicte ecclesie
captivato et per eos detento dicti fratres fractis cistis et scriniis
tunc eiusdem archiepiscopi quantitatem magnam argenti tam in vasis quam
in massis et aliis iocalibus preciosis videlicet mitram pallium et alia
ornamenta pontificalia ac eciam vestimenta diversa ad valorem vi
milium marcarum argenti vel quasi receperunt et in suos usus
converterunt de hiis non contenti sed omnia bona ad mensam archiepiscopalem
pertinencia occupabant tunc et occupata detinebant prout detinent
fructus redditus et proventus inde percipientes multis annis et a tempore
captivacionis dicti archiepiscopi usque ad tempora sui successoris sibi taliter
inbursando in grave preiudicium archiepiscopi et ecclesie predictorum Itaque
fuit et est verum publicum et notorium

xiiij Item quod ad finem supremum dominii illarum provinciarum aspirantes prius
castra villas pissimas et alias possessiones diversas ecclesiarum predictarum
easdem fratribus vicina et vicinas per se usurpando successive
quibus ab eisdem ecclesiis et precium a Rigensi predicta abstrahere

postmodum nonnullis terris et districtibus dicte ecclesie maxime
Rigensis memoratam spoliantes et per se taliter usurpantes prout usque ad
de presenti se dictis suis dominis et prelatis opposuerunt nec eis subesse
obedienciam vel obsequium aliquod voluerunt neque volunt Castra et fortalicia
in eisdem terris et districtibus ecclesie ipsorum sibi construxerunt constructa
que tenuerunt contra prout eciam et nunc tenent in grave preiudicium maximum
Rigensis ecclesie ac non modicum in illis partibus fidei christiane detrimentum
Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama
xxiiii Item quod volentes dicte ecclesie magis assumere viam quam fidelis cupientes
ne aliqui de partibus christianis venire possent in succursum eisdem
ecclesiis portum maris dicte Rigensis ecclesie Dunemunde vulgariter nuncupatum
per quem mercatores et alii homines navigio ad Rigensem Civitatem
intrare et exire consueverant magnis navibus perforatis ipsis que prius
oneratis et repletis magnis lapidibus et submersis taliter obstruxerunt
in gravem oppressionem ecclesie et Civitatis Rigensis ac in magnum
preiudicium in dictis partibus fidei christiane Itaque fuit et est verum publicum et notorium
xxv Item quod monasterium et Castrum fratrum ordinis Cisterciensis circa dictum
portum situm Dunemunde etiam vulgariter nuncupatum cum bonis et
possessionibus dicto monasterio adiacentibus occuparunt prout adhuc
occupant de presenti et expulsis inde fratribus et monachis aliis occisis
aliis ad aquam proiectis et submersis castrum sibi de dicto monasterio construxerunt
et fecerunt sicque prefatum ordinem fratrum Cisterciensium predictos ac dictos fratres
qui ibi fuerunt ad sustentamentum fidei christiane non modicum et eciam
ad profectum totaliter deleverunt et exterminaverunt in magnum preiudicium fidei
christiane Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica
vox et fama inter homines horum verum habentes noticiam
xxvi Item quod cum bone memorie predictum dominum Fredericum Bocmund tunc dicte Rigensis ecclesie
Archiepiscopum suis machinationibus perquirentes de suis ecclesia et diocesi
predictis expellere coegissent dictus quod Fredericus eorundem fratrum insidiis
taliter tunc citatus et compulsus ad faciendam moram in alienis partibus
prout fecerat dicti fratres in absencia eiusdem archiepiscopi nonnulla
Castra sua et provinciale Rigensis ecclesie taliter subintrantes et eciam
occupantes cum multis aliis bonis eiusdem ecclesie prout occupaverunt

tandem dictum illarum partium receperunt et totam illam terram sibi provinciam
sive patriam subiecerunt et subiectam tenuerunt prout tenent de presenti vasallorum
dicte Rigensis ecclesie circumvallare fecerunt Civitatem Rigensem et ad baudrijs
castrorum eiusdem ecclesie coegerunt et compulerunt alios ex eis crudeliter
occidendo alios spoliando depredationes faciendo et bona eorum rapiendo
qui eis consentire noluerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

iij Item quod cum dicta Rigensis Civitas eiusdem Rigensis ecclesie sentiret se
nimiam oppressionem ab eisdem fratribus et predictus portus maris per
quem succurri sibi debuit per fideles de partibus Christianis fuisset
iam obstructus per eosdem fratres et destructus cives eiusdem civitatis
coacti fuerunt apud vicinos infideles subsidium implorare et Lituanos
tunc temporis infideles sibi in auxilium advocare quo tamen non obstante
dicti fratres tandem eandem civitatem taliter qualiter acquisitam et subiectam
castro in ea fortissimo de lateribus et lignis eiusdem ecclesie sibi
edificaverunt et fecerunt homines et subditos eiusdem ecclesie etiam
expensis propriis ad labores gravissimos dicti Castri coegerunt
quorum Initio sit tractu non solum edificium eiusdem Castri sed
etiam molendina in medio fortaliciorum in circuitu dicte Civitatis
et in terra ecclesie ac alia sibi construxerunt et fecerunt que et quia
voluerunt detinent quam civitatem contra iustitiam occupatam taliter tenuerunt
prout tenent etiam de presenti fructus redditus proventus inde provenientes sibi
nequiter imbursando necnon decimam piscium et alia iura eiusdem
ecclesie sibi temere usurpando Itaque fuit et est verum publicum et notorium

iiij Item quod habita civitate Rigensi predicta et possessa fratres se passim
tam cives quam alios ecclesie predicte homines gravissimis exactionibus
et aliis angariis oppresserunt et nunc opprimunt prout opprimere consueverunt
et quotiensque partes infidelium invadebant suas Reysas solitas
faciendo super dictos dictos Cives in eorum numero necnon et alios
homines dicte ecclesie etiam expensis propriis ire secum compellebant prout
multotiens compulerunt et compellere consueverunt Itaque fuit et
est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama

xxix Item quod prefati cum super istis occupacionibus civitatis Rigensis et aliorum bonorum eiusdem ecclesie Rigensis archiepiscopi pro tempore eiusdem ecclesie cum dictis fratribus in Romana curia diutius litigando pro se et dicta ecclesia ac contra eosdem fratres per diffinitivas sententias victoriam reportasset licet processus in vim executorie sententiarum huiusmodi contra dictos fratres in forma debita facti essent ut a dicta occupacione desisterent excommunicationis quam sententie et alie censure ecclesiastice late ac legitime execute demumque auctoritate apostolica in participantes aggravate et in multis partibus ac locis insignibus fuissent publicate prout sunt et fuerunt licet quod etiam per imperatorem Carolum quartum sunt tunc eis et aliis stricte inhibitum ac sub penis gravibus et formidabilibus ne dicta bona communitates castra curias predictas aut personas ipsius ecclesie invadere aut eis iniuriam inferre vel castrum aut fortalitium in solo ecclesie sancte Rigensis archiepiscopi erigere presumerent vel auderent, ipsi tamen fratres in sua malitia obstinati tam ecclesiasticam quam etiam secularem potestatem contempnentes non solum dictam civitatem et bona alia eiusdem ecclesie restituere et a dicta occupacione desistere noluerunt sicut nec hodie volunt sed etiam alias terras eiusdem ecclesie invadentes quas tunc archiepiscopi eiusdem ecclesie adhuc possederant videlicet Ruthenicam Selonien et Semigalien olim etiam per paganos in dictis partibus destructarum sic vulgaliter nuncupatas duo castra fortia lapidea videlicet Selborch et antena vulgariter appellata sibi erexerunt et edificarunt in eisdem alia que continua faciendo contra eandem ecclesiam sic in dictis excommunicationis sententiis xxxvi annis vel quasi in contemptum clavium ecclesie perduraverunt usque ad tempora Bonifatii ix a quo absolucionem talem qualem videlicet sub ficta prout asseritur a nonnullis habuerunt. Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama

C Item quod licet pro modico ex longo tempore litigantibus pluribus archiepiscopis successive dicte ecclesie cum eisdem fratribus tam per legatos quam etiam per subdelegatos iudices sedis apostolice multe alie et diverse tam adiudicatorie quam executorie sententie et censure ecclesiastice plate fuisset prout sunt et fuerunt contra dictos fratres ipsi tamen apponentes iniquitatem

super iniquitate nulli earum umquam partem aliquam contulerint neque
voluerint cum effectu nec etiam civitatem nec alia bona dicte ecclesie
restituere voluerint prout etiam hodie neque volunt sed semper et frequenter
vel quasi sordentes in eorundem domini contemptu clavium ecclesie
xl annis vel quasi per ipsorum calumpnias et corrupciones malas lites
protraxerunt in Ro. Cur. dictis archiepiscopis resistendo licet calumpniose
et inique ac de bonis eiusdem Rigen. ecclesie ad premissa expendendo
Dicit quod Re. patres bone memorie Fredericus predictus Engelbertus Fromoldus
Sifridus et Jo. qui dicte ecclesie erant archiepiscopi successive morari
in eadem ipsorum civitate vel dioc. propter metum et crudelitatem dictorum
fratrum non valentes moriebantur in paupertate in alienis partibus et maxime
in Ro. Cur. cum eis litigando sicut quod faciebant et fecerunt dicti
fratres persecutores fidei vane prout etiam facere consueverunt in grave preiudicium
fidei et contemptum status ecclesiastici. Itaque fuit et est verum publicum et notorium
fuit quod et est publica vox et fama

Item quod postquam humanis possibilibus eorundem domini et tunc partici-
pantes ipsorum aggravacionibus in pluribus partibus publicati aliqua
confusi apud homines videbantur non se in aliquo reformantes
sed malum malis forcius aggregantes nec ad medicinam sue
malicie sed ad sui vitium eundem eorundem fratres humano accep-
tantes de vana extremitate incidentes in aliud tam vicium in
spiritualibus et temporalibus generalem archiepiscopi videlicet spoliatum quam omnes
canonicos et alios in dignitatibus constitutos dicte Rigen. ecclesie manu
sacrilega capientes diris carceribus multipliciter mancipatos
spacio duorum annorum vel quasi captivatos tenuerunt de quibus
aliquos et presertim scolasticum eiusdem ecclesie qui ceteris magis stre-
nuus in defensandis iuribus ecclesie videbatur ibidem in carceribus
mortificaverunt et interfecerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium
fuit quod et est publica vox et fama

Item quod nonnulli tunc seculares clerici in dicta Civitate Rigen.
dictorum fratrum crudelitatem nimiam horrescentes ad evitandum mortis
periculum susceperunt in diversis monasteriis habitum regularem ibique
compulsi tandem nominatim coacti vel metu mortis regularis vite professionem
fecerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

C iij. Item quod dictis preposito et canonicis et ceteris huiusmodi personis ecclesie
nunc non ecclesie non nullis aliis presbiteris cler. excapitulatis ipsorum cum domibus
et habitaculis violatis cameris cistis et scriniis ruptis et effractis
libros peccunias litteras iura instrumenta vestimenta et diversa cle-
nodia et omnia queque invenire poterant tam in ecclesia quam
in prepositi canonicorum et capituli predictorum domibus animo ad maximam
in predam rapientes apportarunt et in usus suos propriorum libito
converterunt litteras vero iura instrumenta suffocaverunt Itaque fuit et est
verum publicum et notorium
C iiij. Item quod de premissis non contenti sed obstinacione diabolica magis
cordibus indurati seris fractis et clausuris dicte Rigensis eccle-
siam cum privilegiis libris calicibus ornamentis et aliis rebus et
clenodiis preciosis non ipsius ecclesie librariam diversis et diversarum
facultatum libris refertam spoliantes omnia predicta pro sue voluntatis
libito destruxerunt et alias quo eis placuit converterunt licet in grave
preiudicium in illis partibus fidei orthodoxe Itaque fuit et est verum publicum et notorium
fuit et est publica vox et fama
C v. Item cupientes dicti fratres sacrilegi et heretici memorati quod hec
ipsorum tanta nequicia alicui reclaretur et quod eorum tot et tanta
flagitia scelera et delicta mundi principes ignorarent quoque
in publicam hominum noticiam in aliis partibus christianitatis non venirent
ut finaliter extirpato toto clero de illis partibus livonie possent
soli liberius omnia occupare prout hec rei evidentia in sequentibus
demonstrabit preclusserant omnes vias et passus tam per mare quam
per terram ne aliqui intrare vel exire possent easdem partes livo-
nie sine scitu et voluntate fratrum eorundem et quociens aliquos christi-
anos exire contingebat hiidem fratres ad iurandum eos com-
pellebant ne de huiusmodi violenciis iniuriis sacrilegiis et aliis
sceleribus predictis per eos perpetratis quandoque in aliis partibus alicui
revelarent Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuit et est publica vox et fama
C vj. Item quod premissis veris existentibus prout vera sunt tandem
dicti fratres iniquitatis filij ~~dnos~~ dictam ipsorum peram vz predictam

Rigensem eciam mirabiliter conculcantes et destruentes fidelitate que
quam eidem impendere tenebantur in offensionem eius promaxima infideliter
comitantes licet non sine crimine lese magestatis et magne ingratitudinis
omnia opida castra fortalitia allodia omnesque alias possessiones
eiusdem Rigensis ecclesie tam ad mensam archiepiscopalem quam ad mensam
Capituli pertinentes cum quibus proventus dicte ecclesie cum omnibus iuribus
et pertinenciis suis occupaverunt occupatasque et occupata pluribus
xxx. annis continue tenuerunt prout et nunc tenent fructus redditus et
proventus sibi nequiter inbursando sic quod non solum archiepiscopus predictus sed tam
capituli quam alii clerici quoniam de illa parte finaliter fuerunt coacti nonnulli
eorum fugientes de carceribus alii vero tunc Romani et Bohemie Regis
ac aliorum instancia bis de carceribus liberati Itaque fuit et est verum
publicum et notorium fuit que et est publica vox et fama

Item volentes dicti fratres eandem Rigensem ecclesiam quam prius habuerunt
in eorum sibi perpetuo licet in ancillam et que de ipsorum manibus dicta
ecclesia quacunque parte postmodum non eveniret taliter qualiter petiverunt
a domino Bonifacio tunc papa ix° qui receptis pecuniis ab eisdem fratribus
licet hereticis Cardinalium Romane ecclesie consilio non habito nec assensu ac sine
aliqua cause cognitione et minus propere agendo in tam arduo
negotio et penitus abutendo potestate apostolica incorporavit eis eandem
ecclesiam et ipsorum fratrum ordini statuendo et eciam ordinando quod nullus
de ceteris perpetuis temporibus in Canonicum seu prepositum aut decanum vel ad
aliquam aliam dignitatem seu personatum vel officium cum cura vel sine
cura dicte ecclesie quovis nomine nuncupetur recipi possit aut debeat
nisi prius regularem professionem fratrum predictorum fratres emitti consue-
tam emisit Et quod postquam omnes vel maior eorum pars huiusmodi
professionem emisissent extunc non sancti Augustini sed beate marie theu-
tunicorum ordinis fratrum predictorum et fratrum censeantur et perpetuo nuncupentur
prout continetur plenius in litteris super hoc factis contra in quibus dicta
in eodem tam fidei quam eorum religionis repudiavit ad quam se transfert
dicta universitas in despectum aliorum prelatorum Itaque fuit et est verum publicum et notorium

C viij. Item q[uod] stantib[us] in civitate sup[ra]dict[is] et pact[is] mox apud Bonifaci[um]
p[a]p[am] p[re]d[i]c[tu]m simil[ite]r mediantib[us] pecuniis transferri procuravit eccl[esi]am
dictam R[iga]ns[em] p[er] d[omi]n[u]m Jo[hannem] tunc archiep[iscopu]m eiusdem Rigen[sis] eccl[es]ie in re cum
eisdem dictis fratrib[us] litigantem ad titulum Alexandrinam patriarchale
eccl[es]iam ut gaudet solo titulo eiusdem eccl[es]ie et quidam alii de ipsorum
fratrum p[ro]feso ordine sive secta de eadem Rigen[si] eccl[es]ia tali[te]r qualit[er]
procurarunt provideri licet p[re]cio appreciato et simoniace ac tamquam
Simonis magi ipsius q[ue] maledictionis participes ap[osto]lo petro dicente
pecunia tua tecum sit in p[er]dicione qui existimasti donum dei
pecunia possideri q[uo]d donum dei non e[st] dubium ex p[re]latum eccl[es]iasticam
ad suis p[er]tinenciis Itaq[ue] fuit et e[st] ver[u]m pu[blicum] et notor[ium]

C ix Item non obstante p[ro]visione p[re]d[i]c[t]a tali quali sit ut p[re]mittitur simo[nia]ce
procurata atq[ue] facta Nicholaum idem supradictum fratres et simo[nia]ci quadmodo
dudum et ante provisionem factam tenuerunt occupaverant ita eadem occupatam
qu[o]nd[a]m occupabant et nunc occupant despicit omnia bona t[em]p[or]alia
eiusdem eccl[es]ie Rigen[sis] nolentes admittere eundem fratrem suum sic p[ro]visum
ad possessionem Civitatis Rigen[sis] nec non castrorum et aliarum possessionum
sicut non admittunt faciunt q[ue] et fecerunt q[uo]minus idem fr[ater] archiep[iscopu]s
Rigen[sis] intrepatum possit et valeat in eadem eccl[es]ia residere possessione
q[ue] ipsius ac iurium et p[er]tinenciarum eius plena et libera gaudere
Itaq[ue] fuit et e[st] ver[um] pu[blicum] et notor[ium]

C x. Item volentes dicti fratres simo[nia]ci et heretici p[ro]libati ut videant[ur] ab
hominibus h[ui]us illius eccl[es]ie archiep[iscopu]m tali[te]r qualit[er] p[ro]curatum aut verius
procreatum ad eorum fratrem eorum simonis magi discipulo et simo[nia]ce sic
p[ro]viso fecerunt eum contentum de certa pecunie quantitate annuatim quotus salvo
in aliis p[ar]tibus ubi vellet non sed de possessione eiusdem eccl[es]ie iurium
q[ue] et p[er]tinenciarum ipsius saltem in t[em]p[or]alib[us] intromittere debet quoquomodo
qui frater eorundem p[re]d[i]c[t]us sic relinquendo ipsis eccl[es]iam et tradendo
recept[is] xxx argenteis abiit sequendo vestigia Jude scariothis
et videndo lupos fugit quia non e[st] sibi cura de ovib[us] quia
mercennarius est Et q[uod] dicta solempnis eccl[es]ia ab olim devote

prepositarum irrigata et plantata per religiosos Christianos et fidei zelatores longo tempore feliciter gubernata et possessa iam proch dolor heu facta heretica per dictos fratres terribiles fidei inimicos ac persecutores fidei crudelissimos sicut iam est occupata et destructa in preiudicium fidei Christianissime manifestum et est destructa Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxj Item timentes hujusmodi fratres ne postmodum idem frater eorum archiepiscopus Rigensis intrusus aut suus successor ab eis repeteret eiusdem ecclesie possessiones ne sic posset ipsis postea de eisdem possessionibus resistere fecerunt omnes inutiles que erant ante aliquas desertas penitus in castris non nulla cremando et quedam alia annichilando et eas destruendo villas desertando et depopulando prout destruxerunt annichilaverunt et depopulaverunt homines de eisdem villis ad suas terras recipiendo ac eas colligendo de destructis et huiusmodi suas possessiones terras meliorando Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxij Item quod postmodum a quatuor annis proxime preteritis citra et infra dictos annos predictum ipsorum fratrem modernum archiepiscopum Rigensem ecclesie intrusum et per eum pontificali ordini minime deferentes nec censuras ecclesiasticas curantes vel eas advertentes ymo dampnabiliter contempnentes captivarunt captivatum que in Castro Marienburg Culmensis diocesis aliquamdiu tenuerunt donec ab eo per pactiones extorserunt quicquid voluerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxiij Item quod non solum dictam Rigensem ecclesiam occuparunt et eas dampnabiliter sibi subiecerunt dicti fratres sed eciam dudum alias ecclesias eiusdem Rigensis ecclesie suffraganeas videlicet Curoniensem et Revaliensem in partibus Livonie Sambiensem et Pomesaniensem pomezaniensem in partibus Prussie et Culmensem in Regno Polonie In quibus ecclesiis supradictis tam episcopi quam canonici sunt et fuerunt per tempus lacionum ac esse et fieri in eis consueverunt de eadem secta dictorum fratrum licet heretica et dampnabili Quare ideo apud eosdem fratres et laicos manet imperandi auctoritas tam episcopis quam canonicis et aliis clericis ecclesiarum predictarum non restitutas ob-
respondendi

quod tamen communiter detestantur canonice sanctiones Unde fit quod prefati
episcopi non audent ut plurimum iurisdictionem ecclesiasticam exercere sive in spiritualibus
sive in temporalibus contra voluntatem huiusmodi laicorum preceptorum protectorum in
grave tam ecclesiarum ipsarum quam iusticie offensionem Itaque fuit et est
verum publicum et notorium

CXIIII Item quod volentes ecclesias et alias ecclesias in partibus Livonie dicte Rigensis
ecclesie subiectas et ipsius suffraganeas videlicet Osiliensem et Tarbatensem
sibi subicere quemadmodum fecerunt de aliis supradictis ut videlicet easdem
ecclesias et earum civitates castra villas opida et alia quecumque bona
que possident realiter usurpare suoque dominio aggregare
atque adinvenire multis et variis machinacionibus attemptarunt
et nunc quibusdam in eis est attemptare non desistunt Quare hac occasione
per [illegible] dominum Henricum prout prefate Osiliensis ecclesie episcopum predecessorem
immediatum episcopi moderni eiusdem ecclesie confictis fraudibus et
in dolo captivatum ingulaverunt et suffocaverunt ingulatum quoque et
constrictum turpiter in sterquilinium sive in cloacam proiecerunt [illegible]
Itaque fuit et est verum publicum et notorium fuitque et est inde habuerunt huius
rei noticiam habentes publica vox et fama

CXV Item quod prefatam ecclesiam Tarbatensem suis incendiis rapinis et male
ficiis spoliatam et consumptam esse gravissime oppresserunt plures et leserunt
et presertim ab annis xiiii proxime preteritis et infra dictos annos vel circa
videlicet cum potencia armatorum eiusdem ecclesie diocesim subintrantes
greges armentorum pecudum et pecorum inde abigentes villas et
opida eiusdem ecclesie et aliorum hominum in eadem diocesi consistencium nullis
bonis et diversis mobilibus ipsis penitus spoliatis cremaverunt fena
tempore annonas atque blada igne deleverunt homines trucidaverunt
non nullos occiderunt et occidi fecerunt aliquos captivarunt aliaque
multa mala dicte ecclesie et aliis tam subditis eiusdem ecclesie quam
aliis non subditis in eadem diocesi dampna intulerunt Episcopos quoque
tam Osiliensem quam Tarbatensem ecclesie predicte pro tempore existentes multis
molestiis perturbacionibus et diversis sepius affecerunt et per
bant et [illegible] facere consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

cvij Itē q̄ Jo de Doleȳ Rigeñ dioc̄ militē notabilissimū et famo
sissimū de ptibus liuonie ac Capellū Rigeñ et tarbaten ecclār
pdictār iuxta quatuor annos inc̄ pxime ptitos de ptibus prussie
ad domū ssuam Apud ptes liuonie tusemuten et ī opido
Wolmiren dioc̄ deprehensū nulla cognitā causa pfata proptantes.
noctis tenebras circa candelam ipo introducto ad stabulū equor
et penitus ignorante quid cū eo ageretur crudelissime et miserabilit
ibi decapitauerūt decapitari q̄z fecerūt Itaq̄z fuit et ē bux publicā et
notoriū fuit q̄z et est publica vox et fama

iiij Itē q̄ cū quidā Jo dictus Smyt alias fabri de Ciuitate lubicen
existens Capitus gentiū armator ad uocatōz fratr pdcor cū
multitudine armator in succursum venisset eisdem fribus gbbera
tur hostibus cū Rege polonie vz anno dnī mo cccc vl circa
eisdem q̄z fribus cū dictis gentibus aliquādiu seruisset tandē q̄z
cū p dessinito solario et conducto eosdem fres monuisset dci fres
eūd jo. Capitū ad vnū saccū inposito et incluso in opido dicto
danczk Wlad dioc̄ p inicere et loco solarij pdcī ad flumen dcm
Wisla piecerūt et pici ac submergi fecerūt ac eciā subito fuit ita
q̄z fuit et est bux publicā et notorium fuit q̄z de hijs et fuerūt publice infamati

iiij Itē q̄ eodem āno vl q̄si in die cene dnī in pfato opido danczk
vocatis ad se a et ad Castr suū qd̄ in eodem opido optinent dci
fres tribus de potioribus dci opidi vz Cunrado de letzko ciūs
Ciuiū Arnoldo Aechtē et Bartholomeo Groß Groß consulibus
eosdem ī pnisos et Tamizatos nulla cognita causa pmissa ibidem
decapitauerūt et eciā crudelissime necauerūt decapitariq̄z et necari
fecerūt eos q̄z in fimo vit muros castri eiusdem ad multos
dies sepelierunt et sepeliri fecerūt Itaq̄z fuit et ē bux publicā
et notorium fuit q̄z et ē publica vox et fama

[illegible] Itē eodē anno vl quasi eodict fribus nonnulli intrantes Castr
lubonia mitrapatū Culmen ecce ibi q̄z prandio parato quedā Nico
laū Glbauesibel Capitaneū eiusdē Culmen ecce et tomtum dicti

Castri uiuo fratrem sui ordinis professum recipientes ad unum eius duplicem
ad unum flumen Drzewancza appellatum ibique eo ligato et ad unum
saccum intruso et incluso ad aquam eiusdem fluminis proicientes submersi fue
submergi que fecerunt quorum tunc submersio et in aquis repertum cadaver
eiusdem corpus ad suam ecclesiam kathedralem reportantes ecclesiastice
tradiderunt sepulture Cumque episcopus eiusdem ecclesie unus de ordine
eorum professo prout asseritur a non nullis eorum superiore quem ut se
magistrum generalem nuncupat super deposuisset vel querela postulans
satisfactionem ecclesie predicte fieri pro suo canonico idem magister eorum professus
nichil adhuc penitus facere voluit nec fecit Itaque fuit et verum
publicum et notorium

Cxx Item quod novissime anno videlicet domini millesimo cccc xvi et nunc preteriti
et de mense Julii vel circa eiusdem anni in opido Danczk supradicto
primum consules et alios de potioribus dicti opidi non quietos
nec confessos de aliquo crimine iurisque ordine in aliquo non
servato crudeliter decollaverunt decollari que fecerunt Itaque fuit
et est verum publicum et notorium

Cxxi Item postmodum eodem anno per duos per tres et per plures de
eisdem opidanis successive non nullos eorum ex eis noctis
tempore de lectis capientes usque ad magnum numerum videlicet l vel
circa miserabiliter occiderunt et occidi similiter fecerunt nullo iuris
ordine observato multosque eorum alios submerserunt et submergi fecerunt
et adhuc occidunt et submergunt successive quosque eorum sibi fore
contrarios suspicantur Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxii Item videntes tantam crudelitatem eorundem fratrum alii opidani
eiusdem opidi nullo tuto limitati sed quasi extra se existentes dimmensi
volentes sue saluti cautius consulere non valentes in tali
dubio expectare tamen timentes sibi mortis periculum ut videlicet de ipsorum
dormitoriis similiter caperentur ad mortem tam subitam quemadmodum
et alii supradicti ex hoc ccc viri vel circa de eisdem opidanis
relictis propriis uxoribus et pueris necnon suis domibus
et bonis aliis hinc inde ad alia aliorumque dominia fugierunt

Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxvj Item non valentes dicti fratres crudelitatis et malitie sectatores crudelitatem suam et maliciam continere nec volentes quinymo plures laycales tam domus quam alia bona omnia omnium predictorum tam secularium sive civium et suburbanorum quam etiam fugitivorum propter tollere occupatas occupaverunt et occupare tam uxores quam pueros eorundem omnium predictorum de eadem civitate turpiter eicere expellere compelli quod procurare et fecere Verum quod predicte mulieres et honeste cum suis pueris de omnibus suis bonis sic exclusi et expulsi sub paupertatis onere coguntur miserabiliter egestate laborare Verum quod fuit et est verum publicum et notorium

xxxvij Item quod multos alios homines diversis temporibus etiam quedam sacerdotali ac etiam regulari statui et ordini non parentes nec sexui muliebri sine et absque aliqua cognitione cause et preter juris ordinem sola libidine voluntatis eorundem fratrum licet inique et perverse crudeliter occiderunt necaverunt decollare et etiam submerserunt submergi quod fecerunt decollari occidi et necari Verum quod faciunt et fecerunt facere quod consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium Verum quod fuit dictum tentum et reputatum dicitur tenetur et reputatur palam publice et notorie ~~manifeste~~

xxxviij Item quotiescumque recipiunt de novo aliquem ad suum predictum ordinem volentes sibi tollere plaudendi eundem facultatem statim sine et absque aliqua probatione saltem legitima cogunt et recipiunt solempniter ab eo professionem regularem licet inique dolose et iniuste ligantes sic quatenus in eis est homines ne diversis eorum nequitiis valeant ab eis resilire cum tamen institutam canonica talem professionem sic precipitem non admittunt sed integrum annum probationis canonice statuere providerunt Verum quod faciunt dicti fratres et fecerunt facere quod consueverunt Verum quod sepe contingit quod tales sic professi nomen domini blasphemantes maledicunt illis qui eos taliter receperunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxix Item quod indifferenter recipiunt ad eundem eorum predictum ordinem homines sceleratos crudeles et infames et quosque de aliennis partibus proscriptos ob eorum demerita vel etiam profugatos Verum quod faciunt et fecerunt

et facere consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium
CXXVI. Item quod de more usu consuetudine et observancia ipsorum talis fuit
et est quod duo tres quatuor vel plures mittuntur expensis fratribus dictis
singulis de partibus prussie per almaniam ad recommendandum eorum
pretensum ordinem et ad alliciendum homines ad ipsum qui tales discurrentes
et peragrantes diversas partes almanie et de eadem suo pretenso ordine
multa recommendatoria enarrando et etiam promittendo ut asseritur
a cumulis tamen falsis falsis promissis seducunt sic homines
et inducunt in perceptionem sue habitus prout induci consueverunt
Dicitque dicti fratres quosque spurios et alios de coitu dampnato illegitime
natos et propter infamiam patrum dictis patriam propriam deserentes
quosque alios pauperes homines alliciunt de facili licet etiam nobiles
statum de talibus parentibus secundum conditionem nobilitatis eorum
tenere non valentes colligunt et recipiunt ad eorum pretensum ordinem
Dicitque faciunt et fecerunt et facere consueverunt Itaque f et e v p et n
CXXVII. Item quod huiusmodi professionem regularem pretensam tam clerici etiam presbiteri
quam etiam laici quotienscumque ipsam fieri contingit faciunt et fecerunt
facereque consueverunt in manibus laicorum videlicet Commendatorum sive
aliorum superiorum eiusdem ordinis pretensi huiusmodi erronee cum talis
professio respectu militie propter quam institutum fuisse eundem pretensum
suum ordinem pretendunt dicti fratres ut dictum est non est aliquo
obligatoria saltem respectu clericorum immo est et fuit potius erronea
contra bonos mores ac etiam contra canonica instituta repugnans
statui et ordini clericali tamquam de iure impossibilis etiam si
alias huiusmodi militia in se esset licita et honesta Dicitque fit
de facto et frequenter quod dicti fratres et laici superiores huiusmodi pre-
dentes irreverenter tractant suos presbiteros non solum simplices
presbiteros sed etiam proprios episcopos videlicet sue societatis pretense sive secte
loquentes ad eos cum veniunt videlicet in vulgari theutonico du pfaffe
quod sonat in aliquem despectum, quodque etiam subiugant eosdem
presbiteros suos fratres Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxix Item quod non solum crudeles homicide et raptores ac aliis criminibus
suprafactis irretiti existunt sed etiam diversarum mercanciarum negociatores
ac mercatores realiter existentes certam pecunie quantitatem videlicet octingenta
milia marcarum monete prutenicalis quarum quelibet duos florenos
auri de camera valebat et valere consueverat apud eum de suis
fratribus qui racione sui officii apud ipsos in ipsorum vulgari simone
theutunico grosz scheffar appellatur quod sonat in latino magnus
dispensator pro diversis mercibus causa lucri comparandis et nego-
ciacionibus mercanciarum exercendis annis singulis reponebat reponi
que consueverat hac lege sibi data quod anno quolibet revoluto ultra
dictam summam pecunie capitalis videlicet octingenta milia marcarum quam
ex integro restituere erat astrictus de lucro sex milia marcarum vel
in quantum eis videbatur ad commune ipsorum thezaurum reponeret et
thezaurizando apponeret omni anno Et nichilominus ultra hec quod de
pannis laneis de lineis mercanciis in copia pro tota curia et familia
superiorum eorundem fratrum qui generales magistri eorum nuncupantur cum vino
de speciebus pro coquina in habundancia et non nullis aliis rebus et necessariis
eidem ipsorum magistro annis singulis de lucris huiusmodi providere tenebatur
et deberet Dictus quoque magnus dispensator nuncupatus cum dicta pecunia
diversa genera mercanciarum exercendo et iuxta legem sibi constitutam
restituebat predictam pecuniam capitalem et lucra predicta ad thezaurum
eorum reponebat Dicto quoque magistro et sue curie quoad de pannis quam
de aliis rebus predictis sufficienter providebat omnia quoque alia que de
eisdem lucris residuabant ultra iam premissa sibi propriis utili-
tatibus usurpabat Sic quoque faciunt et etiam faciebant dicti fratres facereque
et mercari consueverunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium Sic quoque
dicitur teneri et reputari fuit quoque dictum tentum et reputatum palam
publice et notorie fuit quoque et est publica vox et fama

xxx Item quod quocienscumque naves mercibus onerate de ultra mare
venientes applicant prefato oppido Danczk ubi est portus
maris notabilis sub eorum potestate nullus de mercatoribus aliis
audet quicquam preter omnem prohibicionem et obstante eorundem fratrum

nisi prefatus eorum frater magnus dispensator appellatus prius
eligit et emat meliores sibi placidas quantum velit sicque alii
mercatores quamquam coguntur tamen ab eisdem fratribus eas emere
precio cariori Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxxi. Item quotienscumque dicte naves evacuate eisdem suis mercibus aliis
denuo ibidem onerantur ad deferendum eas ultra mare nulla extra-
neus neque audet prius inde recedere prohibentibus dictis fratribus nisi
recedat navis ipsorum fratrum mercibus onerata tanto tempore quod possit
prius evacuari pro ipsorum libito antequam alie naves superveniant ante-
dicte ut puta per unum mensem quamque vel minus quod eidem dispensatori
magno placet vel videtur Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxxii. Item advertentes dicti fratres mercancias et negociaciones quas secta-
tores et mercatores realiter consistentes grana frumenti et siliginis
rebus ceteris maiori precio estimari in certis partibus ultra mare
quod frumentum in magna copia portari consuevit de Regno polonie ad
ipsorum dominia volentes dictum frumentum soli ad sua lucra ipsa sibi quaerere
prohibebant omnibus ne quisquam frumentum huiusmodi de ipsorum fratrum
dominiis debet exportare vel audet licet fraudulenter et dolose
ad decipiendum alios mercatores ut vero habent ipsi sua iniquitate
a talibus lucris alios mercatores excludit prout excludebant
scilicet onerantes suas naves proprias dicto grano et mittentes ultra
mare soli quamquam talia lucra et tunc capiebant et habebant communis non
sine magno preiudicio aliorum mercatorum Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxxiii. Item quod non solum in omnia tunc ut dictum est exercent mercancias predictas
in speciali Commendatores sive ipsorum priores in suis Commendatoriis
qui tenent et regulant suos subditos non permittunt habere molendina
sed omnia fere molendina soli possident in terris eorum potestati
subiectis ut sic coacti licet subtiliter subtilitate tirannica ipsorum
subditis sua grana in eorundem fratrum molendinis molere
ipsi fratres primo a suis eisdem subditis certam quotam sive partem
farine sive grani huiusmodi lucrentur de eisdem molendinis prout
lucrantur in magna quantitate omni anno farinam quamque taliter aquisitam
et extortam mittentes ultramare vendunt et vendi faciunt
pro aliquibus milibus florenorum et aliis pro certa pecunie quantitate sicque
faciebant et faciunt ac facere consueverunt Itaque fuit et est verum
publicum et notorium

xxxiiij Item volentes dicti fratres in partibus livonie soli mercancias exercere
prout exercent quamvis eciam per alios suos mercatores Et ut huiusmodi sua
mercimonia possent liberius pro sue voluntatis libito vendere et lucrari
alios mercatores intrare dictas partes cum suis mercibus quantum est
in ipsis fratribus non permittunt nec admittunt nisi quibus volunt facere
graciam specialem vel qui sunt eisdem fratribus complacentes ad ipsorum libitum
ponendo vero ipsis mercatoribus diversa obstacula que in mari quam
in terra suis ex variis machinacionibus portum maris sepius precludendo
hec maliciose et iniuste ac depredacionem et gravamen non solum huiusmodi
mercatorum sed eciam tocius illius patrie Et ita quod quamplures alii mercatores
sub eisdem fratribus existentes et degentes de suis mercanciis non
bene possunt se nutrire Et ita faciebant et faciunt ac facere consueverunt
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxv Item quod huiusmodi mercanciarum lucris non contenti sed eciam per usurariam pravitatem
ad magna terrarum dominia aspirantes primo ducatum dobrinensem in Regno
polonie nondum xxx annis elapsis a quodam duce opolie nadirspan
appellato vasallo Regis polonie tunc eundem ducatum optinente in
obligacionem receperunt certa summa pecunie quantitate eidem duci super
eodem ducatum mutuata recepto ex tunc annis multis videlicet xiiij vel
quasi tenuerunt et possederunt fructus redditus et proventus inde provenien-
tes pro se retinendo sine et absque hoc quod aliquid in sortem huiusmodi debiti
computassent prout non computaverunt ipsumque ducatum prefato duci aut
Regi polonie fratres restituere noluerunt prout nec restituerunt
nisi eis fuisset prout est realiter satisfactum per realem solucionem
et pecunia numerata de totali summa pecunie per eos mutuate
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

xxxvj Item quod antequam dux prefatus eisdem fratribus sic ut dictum est
in pecuniis obligasset ducatum supradictum longe ante eciam eis
obligaverat unum castrum notabile Slotoria vulgariter
nuncupatum in eodem ducatu cum multis villis et aliis diversis
possessionibus ad ipsum castrum pertinentibus in certa pecunie quantitate
qui fratres longo tempore multis ex annis tunc possiderunt dictum Castrum

cum dictis pertinenciis usque ad fructuum redditibus et proventibus medio tempore perceptorum nichil penitus de sua pecunia capitali mutuata deducere sive defalcare voluerunt neque deduxerunt sed eam integraliter exegerunt et exactam receperunt antequam dominum Castrum cum predictis villis et possessionibus restituerunt Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxxvi. Item quod districtu notabili zalbercze vulgariter nuncupato multas et diversas notabiles villas opida et alias possessiones continentem in ducatu Mazovie ac in Regno polonie a duce Mazovie videlicet duo Semoniti in obligacionem recepto pro certa quantitate pecunie eidem duci super eodem districtu mutuata longo tempore multisque annis eundem districtum tenuerunt et eciam possederunt fructus redditus et proventus percipere retinendo nec tamen aliquid ex eis in sortem et extenuacionem huiusmodi pecunie mutuate computando prout non computaverunt more usurariorum tenuissent prout quod sit pro certe quantum in eis fuit et tenebit donec sua pecuniam mutuatam realiter et integro persolutam habuissent licet eciam eam aut ipsius valorem in huiusmodi fructibus redditibus et proventibus sufficienter percepissent nisi manus domini ut creditur corporum nimiam superbiam aliqualiter tetigisset per serenissimum Regem polonie qui in virga ferrea dominum districtum de ipsorum manibus extraxit Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Cxxxvii. Item aliud eciam districtum notabilem Wisna appellatum in dicto ducatu Mazovie eisdem fratribus pecunie duci obligatum in certa pecunie quantitate per annos vel quasi sit in obligacione tenuerunt fructus similiter et proventus percipere retinendo sive et absque eo quod aliquid ex eisdem in sorte computasset pecunie mutuate prout non computaverunt tamquam usurarii neque prius dominum districtum restituerunt nisi soluta esset pecunia predicta totaliter et integro Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Item in districtu notabili Regni polonie quandam magnam silvam et multum notabilem a quodam pro tunc Capitaneo Regis polonie Babsko vulgariter nuncupatam in obligacione recepta pro certa

pecunie quantitate eam non solum ad suis utilitatibus iam longo
tempore tenuerit et tenet sed etiam ipsam iam sibi proprio conatur
usurpare et usurpavit, dicte silue magna parte iam reducta ad
culturam non nullas villas in ea locavit Et quod fuit et est verum publicum 2 u

Item ducatus sive marchionatus qui nova marchia appellatur
in partibus Saxonie a serenissimo principe domino S. Ro. et Hungarie
Rege similiter in obligationem pro certa pecunie quantitate receperunt ultra
quod ab eis tenuerit cum omnibus prouentibus et fructibus diuidendis et adhuc
tenet more usurariorum et tamquam usurarium iniuste et inique gau-
dentes de lucro usurario iniquo et dampnato tam diuina lege
quam humana cum tamen contra communem ... iam suam pecuniam
mutuatam de eodem marchionatu sufficienter perceperit Itaque fuit
et est verum publicum et notorium

Item volentes dictam usurariam qualitatem ipsi sunt tales hanc subditos
asserentes quod licet false erronee tamen falsum proferre contra veritatem
sacre scripture ac etiam contra canonica instituta quod licitum esset de x marcis
monete eorum ad unius anni spacium mutuatis unam marcam de lucro
ultra sortem recipere et quod tale premium lucrum usurarium censeri non debet
Et quod inter dictos suos subditos quasi pro quadam lege fecerunt approbare
et approbarunt Nonnulli quod de ipsorum subditis hac occasione seducti usuras
exercent et exercere consueverunt videlicet pro una marca monete prenotate
x marcas vel xii eiusdem monete ad unum annum mutuando
Itaque fuit et est verum publicum et notorium

Item dicti fratres prenominati existentes ad usuras exercendas [illegible] ad
mutuandas suas pecunias super terris castris opidis et aliis
possessionibus quibuscumque et quibuslibet eis accomodatis
tamquam prefati lucri cupidi usurarii dampnati et iniusti obli-
gatores suas usurias recipiebant et recipiunt quotiens
eis offeruntur ac recipere consueverunt usuras videlicet hoc modo credendo
non nulla quod possessiones dimiserunt eis taliter obligata in ipse
dampnabiliter usurparunt et usurpant Itaque fuit verum publicum
et notorium Et inter quod et fuerunt de premissis publice infamati

Cxliij Item quod dicti fratres monetam cudentes propriam et cudi facientes licet
iniquam et iniustam iam a vii annis proxime preteritis citra vel quasi
et per ipsos annos ad tunc ipsam diminuerunt in pondere et valore dimi
nutam que fecerunt quod ubi prius una marca eiusdem monete duos
florenos auri de camera valuit et valere consueverat tamen nunc vix
nunc valet dimidium florenum vel iii^{as} partes de uno floreno quodque
prius emebatur una marca vix nunc emitur vel emi potest pretio
tam mercium vel etiam sic quod dicti fratres in hoc sectantes eorum sua lucra
licet cum subditorum suorum maximo detrimento plerosque de suis
subditis iam non modicum depauperaverunt et in eorum bonis graviter
oppresserunt et leserunt cum eius tirannice inique et iniuste. Itaque
fuit et est verum publicum et notorium fuit quod et est publica vox et fama

Cxliiij Item quod cum dicti subditi non valentes hoc gravamen sustinere
70 Infideli rem raptam vel subtractam repetenti coram iudice christiano non debet iusticia denegari cum sint domini quia iusta rerum dominia sunt etiam apud ipsos.

Princeps christianus necessitate imminente sine peccato ad sui defensionem et sue terre uti potest auxilio infidelium non solum sibi subiectorum sed etiam aliorum intelligendo de infidelibus pacificis non hostibus nobiscum guerram active vel passive probatur exemplo machabeorum qui cum essent viri sancti et pugiles fidei pacti sunt cum Romanis infidelibus ut mutuo se iuvarent. i. macha. viii. c. etc. non obstat illud ii. paralip. xix. c. impio prebes auxilium et hiis qui oderunt dominum amicicia iungeris et ideo iram domini merebaris quia hic contraria loquitur de bello iniusto Hec conclusio est Jo. an. in addicionibus spe. de iudeis et sarracenis in dicto tractatu probata multipliciter recordat Oldra iii q lxxi

Impium est asserere et absurdum quod infideles
alicuius iurisdictionis honoris potestatis vel dominii
essent hodie penitus incapaces quia hec sediciosa
assercio viam prestat ad hec homicidiis et rapinis
quia si non sunt istorum domini licebit cuilibet ea rapere
vel eciam occupare ex quo convincitur quod christianus posset
sine peccato furari rapere vel invadere terras et bona
infidelium eciam nobiscum pacifice vivere volencium contra
legis prohibicionem non obstantem non furtum facias non occidas
in quibus omnis rapina et omnis violencia prohibetur
ut patet supra. Item Non enim negandum est infidelibus qualiter
quod eis humane societatis ius concedit xxiij q. ij noli. Item
Non est absurdum immo negandum tamquam erroneum scilicet
quod omnis honor dominium ac iurisdictio ab infideli
fuit abstracta in adventu christi. Nam dicit beatus
Thomas licet infideles de novo non possint constitui
nec debeant domini vel prelati fidelium propter periculum
fidei. Item tamen per hoc non tollitur dominium ipsorum
ante preexistens super fideles nec infidelitas repugnat
dominio quia dominium et prelacio introducta
sunt ex iure humano sed ex iure gencium. distinccio
autem fidelium et infidelium est ex iure divino. Ius
autem divinum quod est ex gracia non tollit ius humanum

quod est expnatilali roue 2a. ij. q. ix ar. x

Patrum Constan omnibus quatuor nacionibus Generale Concilium facientibus scilicet ytalice Gallice Anglice et Germanice per me Magistrum Paulum Woladimiri decretorum doctorem Custodem et Canonicum ecclesie Cracouien adcessum quod in hac materia per hoc sacrum Generale Concilium dubia declarentur et errata salubriter reformentur et si que premissas conclusiones deleat vide potius cum allegacionibus lacius declaratas in tractatu supradicto et tradito Germanice Nacioni Anno domini millesimo cccc xvi° die quinta mensis Julij

Thema: Seuientibus olim prutenis tunc infidelibus et aliis
contra polonos xpianos admittuntur in polonia per principes polonie
Cruciferi in subsidium qui fratres Sancte marie hospitalis Jerosolimitani de
domo Theutonicorum appellantur et eis per principes polonie constituuntur
et donantur certe possessiones versus limites dictorum infidelium, de quibus possessionibus
cum adiutorio polonorum et aliorum xpianorum successiuis temporibus gentem
crudelem prutenorum tunc infidelium sibi subiugauerunt et dominium occupauerunt, et
domini de prussia ideo appellantur, ubique iam edificantur ciuitates solempnes
et munitissime iam castra fortissima totumque eorum dominium fortissimis muni-
tionibus sic firmatur quod plus quam decuple potentie redditur inexpugnabile
Et licet iam subactis sue dicioni prutenis dudum cessauit impugnandi xpianos
crudelitas paganorum hii tamen Cruciferi etiam mansuetos infideles et quietos
impugnare et ipsorum terras et dominia inuadere usque modo non cessarunt sub pretextu
colore quasi adhuc rabies paganita in xpicolas deseuiret conuocant in
subsidium xpianos statuunt assumunt sibi pro regula cum valido exercitu inuadere partes
infidelium bis in anno hiis scilicet diebus et temporibus videlicet assumptionis et purifi-
cationis gloriose virginis marie quas vices suo vulgari sermone reysas
vocant Sicque in consuetudinem error deducitur quod fideles xpi causa de-
uote milicie credentes obsequium prestare deo in multitudine illuc confluunt
et occasione catholice fidei ampliende gens quieta infidelium crudeliter im-
pugnatur hinc perpetrantur homicidia vadunt fideles cum infidelibus pa-
ri dampnationis periculo rapine fiunt et alia nephanda infinita Itaque
crescit fama ordinis crescunt diuitie cum potencia utrimque Cruciferi
colligunt ad thezauros et ditantur per xpianos et etiam per paganos Roma-
norum pontificum, Imperatorum littere impetrantur ut quascumque regiones
terras siue dominia infidelium expugnauerint siue occupauerint sint eorum
Tandem spiritus dei qui ubi vult spirat potentissimos principes paga-
norum de gentilitatis errore ad agnitionem fidei vere euocans ministerio
polonorum ad sacri baptismatis vndam lauacros perduxit, vnus eorum
Regni polonie gubernacula suscepit, alter lithwanie et aliarum
prouinciarum tam scismaticorum quam infidelium vicinarum gubernator princeps
et Rector, Et quorum potencia partibus xpianis prussie liuonie et polonie
olim incussit formidinem, hos ad professionem sacre fidei, iam sequitur
immensa gentilium multitudo currit cateruatim ad fontem sacri bap-
tismatis, et fere omnes eorum subditi naturales in terris lithwanie sexus
sacri fontis lauacrum susceperunt alii adhuc suscipiunt successiue
Alii vero ipsorum Regimini se spontanee subiecerunt. Considerant hec
mirabilia Cruciferi et quam moleste ferentes quod eis causa occupandi possessiones
et dominia predictorum taliter deperit maiori ferocitate inuadunt plures et
successiue more solito dictos neophitos et tam presbiteros quam et alios iam bap-
tizatos quam et non baptizatos multos crudeliter perimunt cremant ipsorum nouellas

cetias et alia in miseria faciunt que honestas postulat subticere Sed et iam
zanis antiquis presertim suis fundatoribus insultant gravissime quos
captivat donatarios ducis xpianos tractant turpissime ipsorum ordinis
dotatores et convocata multitudine copiosa xpifidelium sibi in ad
iutorium quasi adversus infideles gentes spem licet fictam coloribus
erigunt potenciam contra Regem polonie catholicum invadunt
Regnum polonie hostiliter Castra demoliunt alia redigunt in cineres spo
liant violant et plurima nephanda ibi fiunt que stilus vix valet
exprimere Et dum sic a pruthenis in Cruciferos translata crudelitas
in polonia deploratur quos quos sibi poloni prestituto assumpserant
sua ferocitate conversi sunt sibi in flagellum Genuit polonia non
solum tantam atrocitatem sibi pestiferam in suo sinu enutritam verum
eciam cogitur tandem venire ad resistenciam ordinatis itaque aciebus
utrimque conveniunt ad bellandum sternitur ab alto potencia ordinis
y hen campus humanis repletur cadaveribus et polonorum gladius Cru
ciferorum sanguine saturatur et spiritualia temporalibus viciis iteratis //
Verum licet cessante insultu paganorum iam regnatorum patre bapte
et aliorum iam plenarie subiectorum potentie xpiane sed orthodoxorum prin
cipum iam dictorum cessavit dudum in illis partibus eorundem hospitala
riorum pugnandi officium quod tamen dicte bulle imperatorum et pontificum Ro
manorum quas se habere asserunt omnium suppositis potestatorum videntur eisdem
occasionem prestitisse et colorem Igitur hoc verissimo et evidentissimo
themate prehabito ad faciendum milites xpianos in sua milicia cautores
Ego magister paulus wladimiri Custos et Canonicus Ecclesie Cracoviensis inter
decretorum doctores minimus, tria tractanda subicio correctione ad quos
pertinet semper salua

Primo de potestate pape
2º. de potestate Imperatoris — respectu infidelium Et utrique tractatus pro ple
niori declaracione materie xi. continet questiones
3º. recitabitur quedam opinio erronea tractantem materiam et reproba
tur et suis racionibus respondetur

Quantum ad primum tractatum Primo queritur utrum principes sine
peccato possint expellere sarracenos et Judeos de Regno suo et eis bona
auferre Et an quis possit hoc principibus persuadere vel suadere
2º. si infideles habent regna et provincias separatas a nostris et ibidem
iurisdictionem exercent et omnia tenent utrum licet xpianis illis in pace
viventibus bellum movere et eorum bona occupare sine peccato
3º. incidit An licitum sit xpianis terram sanctam defendere et fideles
habitantes in ea
4º. An liceat pape ratione Romani Imperii auferre infidelibus iurisdictiones

quibus ipsi infideles spoliarunt imperium
5° An ecclesia Romana et omnes alie licite teneant que tenent cum hec omnia per imperatores Romanos armis per violentiam videtur fuisse acquisita
6° An liceat bona hereticorum et scismaticorum occupare
7° An aliquo casu possit papa punire infideles
8° An papa potest exercere iurisdictionem in ipsos infideles qui non tenent terram in qua christiani principes habuerunt prius iurisdictionem
9° queritur an papa potest mandare infidelibus quod admittant predicatores in terris suis evangelii
10. queritur quid fiet si papa non potest eos de facto punire
11. queritur si populus alicuius principis infidelis convertitur ad fidem et princeps non quid iuris

Quo ad 2m tractatum. Queritur primo de potestate imperatoris, quam scilicet potestatem vel iurisdictionem habet imperator super infidelibus et eorum bonis et ibi premittitur una cum prefato plura argumenta continens efficaciter probantia quod papa solus est princeps mundi habens utrumque gladium, imperator vero est minister in temporalibus habens potestatem a papa iure posito
2° queritur an imperator potest dare licentiam occupandi terras infidelium presertim non recognoscentium suum imperium.
3° queritur an bene Romani pontifices et imperatores Cruciferis concessisse super occupandis terris infidelium aliquod ius eis tribuunt ad acquirendum vel petendum easdem
4° queritur an Cruciferi pugnantes cum infidelibus pacificis habent iustum bellum
5° queritur an sit licitum generaliter infideles armis vel oppressionibus ad fidem suscipiendam compellere
6° An sit tollerabile vel licitum quod christiani confluunt Cruciferis in subsidium ad impugnandum infideles, ex eo quod infideles sunt hoc dicatur causa fidei christiane ampliande sive sit causa milicie exercende
7° An pugnare sine necessitate vel ad pugnandum se preparare cum infidelibus diebus festivis sit licitum
8° An subditi Cruciferorum pugnantes cum infidelibus vel eos invadentes sive contra eos reysas facientes bis in anno ut supra vel impugnantes scienter iniuste christianos de mandato suorum dominorum possint excusari a peccato
9° queritur de rebus terris vel dominiis occupatis in huiusmodi bello an efficiantur occupantium nec sic possint retineri sine peccato, Et si non an dux belli aut ipsorum sive persone principales de necessitate salutis teneatur vel teneantur restituere ablata et dampna data alias et ab aliis ut remittatur sibi peccatum
10. An christianus sine peccato possit ad sui defensionem et sue terre ~~tuoti~~ uti auxilio infidelium

11. Queritur utrum fideli repetenti coram iudice xpiano rem raptam vel subtractam ministrari debeat iusticia.

Ad primam questionem est dicendum quod postquam infideles inter xpianos volunt viuere pacifice, nulla molestia in personis et rebus est eis inferenda. C. de iudeis l. nullus et c. multorum c. ti. hinc est quod contra xpianos prescribunt xvi. q. iii. porro et ibi no. xxiii. q. vii. si de rebus per archi. // Peccat ergo dominus si sine causa eos spoliet, ymo nec papa debet eis bona auferre, quinymo debet eos quamdiu potest eos tollerare xlv. di. qui sincera de iudeis et si iudeos // Et est ratio predictorum ut per eorum conuersionem eos lucri domino facere possemus xxiii. q. iiii. infideles et ar. xi. q. iii. ad mensam de diuor. gaudemus et c. quanto Et iudei maxime tollerandi sunt quia per eorum codices veritatem et fidem nostram probamus, postquam enim in suis codicibus noluit credere credant illi ut dicit beatus augustinus psalmo xl. Beatus Jeronimus assignat aliam rationem quia in lege habetur quod in fine seculi illuminabuntur reliquie israel et reliquie israel salue erunt et hoc fieri non posset si licitum esset eos expellere de toto orbe terrarum. Et ita Jeronimus in omelia innocentium dicit. Et hec vera sunt ubi xpianis non imminet periculum vel scandalum ut no. in c. quod super hijs de vo. et vo. re. / Ex causis enim predictis expelli possunt et priuari bonis. Quia postquam pietate et ex gratia ab ecclesia tollerantur ut dicit tex. in dicto c. et si iudeos si ea abutuntur priuilegium merentur amittere tamquam ingrata ut ibi exemplo ancille et filij eius. Cum enim esset ingrata et molesta domine sue per quam etiam figuratur ecclesia fuit contra eam eiice ancillam et filium eius xxiii. q. iiii. si causa Nam per mortem xpi effecti sunt serui ut dicto c. et si iudeos Et propter hoc dicit archi. quod princeps qui eorum dominus est potest eos vendere xlv. di. qui sincera, et etiam auferre bona. liiii. di. fraternitatem per archi. / multo magis secum eos expellere ar. C. si seruus exportetur l. i. et ii. Et hec vera ut dixi ubi non viuunt quiete vel imminet scandalum, alias non debet papa vel persuadere principibus hoc per no. dicto c. quod super hijs et nihil ad eum de hijs qui foris sunt de diuor. gaudemus et in hoc residet aldra. q. xxi.

Antequam veniam ad solutionem questionis 2e. sciendum quod licet Illustres patres primo et secundo videntur esse contrarij et omnes quamtum valentissimi utriusque iuris doctores in suis scriptis sequuntur partem unam primo. saluis melioribus dicendum et sequendo communem scolam expeditis omnibus que in 2e. tractabitur et suis rationibus sufficienter respondebitur, hanc igitur materiam sufficienter prosequendo primo.

et doctores communiter post eum inn. q super hiis de vo. et voti. red. dt.
conclusionem q apud infideles rerum dominia iurisdictiones et possessiones possunt esse
licite sine peccato; probat primo de possessionibus / quia in rei veritate domini est terra q apud infideles sunt possessiones
et plenitudo eius de deci. c. tua nobis sed ipse deus hec omnia subiecit
rationali creature propter quam omnia fecit gen. p°. et l. in pecudum. ff. de
usur. Et fuerunt ista a principio omnibus communia quousque usibus primorum
parentum inductum est q aliqui aliqua alii alia possideant et appa-
rent sibi / et hoc ideo quia naturale est res communes negligi et communio discor-
diam parit. ff. de le. ii. cum pater. §. dulcissimis / Et ideo iure
gentium distincta sunt dominia et regna divisa. i. di. ius gentium dominia
et ff. de iusti. et iure. l. ex hoc et no. de sum. tri. et fi. ca. c. i. super
verbo disposuit / Ex quo patet q ab initio rationalis creature non erat in bo-
nis alicuius nisi dei et ideo occupanti concedebantur unde deutronomio.
xi. legitur omnis locus quem calcaverit pes vester vester erit etc. / et dicit
vester erit quasi preoccupata ab uno non liceat alteri occupare unde
proverbiorum. xxiii. legitur ne transgrediaris limites proximi tui etc.
/ et lege naturali erat prohibitum / ne quis alteri faciat q sibi non
vult fieri ut in principio decretorum / Ex quibus evidenter constat q
pro omni rationabili creatura ista sunt ordinata adeo qui solem
oriri facit non solum super bonos sed etiam super malos et omnia vo-
latilia pascit mathei. v. in fi. et dat escam omni carni ut in ps°.
preterea habuerunt etiam primi parentes specialia dominia per divisiones sicut
patet in abraham et loth quorum unus accepit ad unam partem alter
ad alteram Gen. xiii. c. / Insuper de dominio dicit inno. q super
homines tamquam super suos nullus habuit dominium ante ius gentium
nam enim omnes homines erant liberi insti. de libertinis. §. i. / Sed dt.
inno. de iurisdictione q iure nature pater familias super familias suas iurisdictio
habebat communiter a principio. i. commodum Sed hodie non habet nisi
in paucis. C. de patria potestate per totum etc. q est simile. Ex quo agitur
q iurisdictio cepit a iurisdictione patris familias licet non expresse hoc inferatur
ex dictis inno. / dicit etiam inno. tertium q ipse deus a principio exercuit
iurisdictionem q late prosequitur de foro compe. licet. i. / hiis premissis
dicit inno. q dominia possessiones et iurisdictiones licite sine peccato possunt esse
apud infideles hec enim non tantum pro fidelibus sed pro qualibet rationali
creatura facta sunt ut supra Ex hoc infertur secundum inno. q non
licet infidelibus auferre dominia sua possessiones vel iurisdictiones quia sine
peccato et deo auctore ea possident ad hoc inducit tex. exodi. xx. sed
non occidas non furtum facias in quo omnis rapina et omnis vio-
lentia prohibetur ut in canone. xiiii. q. v. c. i. et sequentibus
usque ad §. contra in exodo.

Tercio queritur: An licitum sit xpianis terram sanctam defen-
dere &c. et fideles habitantes in ea: dicit Innocentius hoc non esse dubium q.
sit xxiii. q. viii. Omni et c. si. et dicit Innocentius post multa q. licet terram
sanctam possideant sarraceni licite papa indicat eis bellum / quia iuste
mouetur si intendit terram sanctam recuperare que consecrata e.
natiuitate habitatione et morte ihu xpi / et in qua tamen non colitur xps
sed mathometus / ut nicolatur a xpianis Item terra sancta iusto bello
victa fuit ab Imperatore Romano post mortem xpi unde licitum est
pape ratione Imperij Romani quod obtinet de eam ad suam iurisdictionem reuo-
care et quia iniuste spolians est ab eo qui non habuit ius spoliandi
Et secundum Innocentium hec ratio sufficit in omnibus alijs terris in quibus Im-
peratores Romani iurisdictionem habuerunt // Sed oppositum ad hoc uidetur
quod etiam terram sanctam non possit papa recuperare quia Ecclesia non habet Imperium
nisi in occidente xcvi. di. constantinus Solutio Innocentius quod si papa non potest
ut Imperator uel ex alijs causis proxime dictis saltem ipse Imperator
hoc potest / uel Rex Ierusalem ad quem Regnum de illud pertinet sicut cre-
dere debemus ex quo contrarium nobis non apparet quod non / Item ad c.
constantinus dicit quod loquitur quo ad proprietatem secus quo
ad tuitionem / quia unus gladius alteri assistere debet / Spiritualis tamen
precellit unde potest papa punire negligentiam uel delictum Imperatoris
xcvi. di. quis dubitat et c. duo et c. si Imperator // potest etiam papa as-
sistere Regi Ierusalem ad quem hoc spectat.

Quarto queritur An liceat pape ratione Imperij Romani aufer-
re infidelibus iurisdictionem quibus ipsi infideles spoliarunt Imperium / dicit
dominus franciscus Cardinalis florentinus quod etiam contra Imperium prescribi potest / sicut
etiam contra papam ut ipse notat de postulatione prelatorum c. bone. ii. Respondendo pro iu-
re quoque. q. An inferior possit prescribere iura papalia et dicit aut queritur
de plenitudine iuris papalis et hoc nemo inferior prescribere potest
quia hec potestas est concessa soli pape. q. de usurpalij ad honorem et nullus
inferior est capax talis Item prescriptio hec est contra obedientiam et
non valet de prescriptione. cum non liceat / aut uult prescribere aliqua
iura particularia que habet papa in aliquo loco et potest siue sint
temporalia siue spiritualia q. de de prescriptione / ad audientiam et c. cum nobis
// Et quamquam contra ipsum ius Imperij non possit prescribi quo ad hoc quod
aliqui fiant acefali de prescriptione. cum non liceat / tamen multi de
facto etiam xpiani prescripserunt in tantum quod facto non recognoscunt
Imperatorem ut dicatur de Rege francie / qui fi. sunt le. pro xviii. lib.
// Item Romani habuerunt aliquos confederatos quibus non prefuerunt
Et quamquam sit de iure antiquo tamen totiens versata sunt Imperia
varijs modis quod non potest bene sustineri illa ratio // quia ex quo semel

fuerint alique provincie sub imperio Romano liceat hodie bellum indicere
ad eas recuperandas / Item alia ratio et melior est / quod licet Ianuensis vel al
teri Regi liceat terram suam recuperare per ea que supra dicta sunt q. 3a.
quo ad alias terras secus nisi subsit aliqua specialis causa propter quam licitum
sit eis indicere bellum / et que possit esse rationabilis ut dicetur infra q. x.

Quinto queritur qua dictum est supra q. 3a. quia ecclesia licet imperium
in occidente / an ecclesia Romana et omnes alie ecclesie et etiam alii Ianuenses
licite teneant ibi et alibi quod videtur quod non quia imperatores Romani a quibus
ecclesia habet hec omnia armis per violentiam occupaverunt / et sic mala fide
tenent / dicit primo quod omnes generaliter clerici et laici possunt secure tenere et bona
fide quecumque tenent quia nescimus utrum illi qui occupaverunt predicta vi
fuerint iure suo puta quia forte recuperaverunt quod prius amiserunt per vio
lentiam / vel forte per matrimonia vel donationes ad eos pervenerunt le
gittime / licet in eos multos habuerint rebelles quos vicerunt //
De ecclesiis autem constat 2o primo quod bene possunt tenere quia si non constat
quis fuit dominus ante occupationem facienda est presumptio pro statuto tamquam vi
cario Christi et ecclesiis aliis que pro ipsa possident ~~cum omnibus naturalem~~ et
eius auctoritate / Nam papa et ecclesie nomine eorum possident cum omnibus naturaliter
contingentibus subiectis. xii. q. i. videntes quod est singulare pro hoc xvi. q. i.
quam quod / unde et clerici tenent bona tamquam communia non tamquam propria de prebendis.

Sexto queritur de bonis scismaticorum et hereticorum an liceat
ea occupare videtur quod non sicut non licet occupare bona infidelium
ut supra q. i. 2o primo dicit quod immo licet propter constitutionem princi
pum et concedentium viii. di. quo iure xxiii. q. vii. per totum quod dicit
ut de here. cum 2m li. vi. nam specialiter est permissum quod in certis casibus
bona eorum possunt a fidelibus occupari ipsa auctoritate alias hoc non licet
de quo in c. presidentes de here. li. vi. in nota et no. hostiensis in summa de
hereti. § qui nunquam catholici in aliis vero casibus non videtur licitum
bona talium occupare facit de hereti. excommunicamus

Septimo queritur an possit papa aliquo casu punire infideles cum
delinquunt / Pro quorum declaratione dicit primo quod papa qui est vicarius Christi
potestatem habet non tantum super christianos sed etiam super omnes infideles quia Christus
habuit potestatem super omnes per deus iudicium tuum Regi da etc. et a ecclesia
ultimo data est michi omnis potestas in celo et in terra Et non videretur
pater familias ipse redemptor nisi vicario suo quem in terris dimisit ple
nam potestatem super omnes dimisisset pro hoc est quod no. de homicidio pro hu
mano li. vi. // Item petro et successoribus dando claves regni celorum
posuit eum pastorem suarum ovium dicens pasce oves meas Omnes
autem tam fideles quam infideles oves sunt per creationem licet non sint de
ovili ecclesie / Et pro hoc 2m primo apparet quod papa super omnes habet iurisdictionem
et potestatem de iure licet non de facto de elec. significasti de ma. et obe.
solite de iudi. novit / Ex hoc infert primo de ratione aliquorum que
dominus meus Francus Cardinalis florentinus colligit quod quinque conclusiones // prima

eſt q ſi gentilis qui non habet legem niſi nature q legem nature facit pot
licite p papam puniri ar. Gen. xix. ubi Sodomite qui contra legem
nature fecerunt puniti ſunt a deo. Cum igitur iudicia dei ſint
nobis exemplaria non apparet quare pp qui eſt vicarius dei hoc
non poſſet et etia debeat dummodo facultas aſſit || 2m 9o papa pot
punire infideles colentes ydola nale cum eſt unum ſolum deum creatorem
colere et non creaturas || 3m 9o papa iudeos iudicare pot ſi contra le-
gem faciunt in moralibus et idem ſi contra legem ſuam hereſes inve-
niunt et hac ratione motus pp Gregorius et Inno. mandauerunt com-
buri libros tales in quibus multe continebantur hereſes et mandauit
puniri illos qui tales hereſes ſequuntur vel docent et de illis libris dicitur
in ſpeculo hyſtoriali lo. xxix. c. Cxxviii. et ſequentibus || 4m 9o de
xpianis non eſt dubium q pp pot eos iudicare ſi contra legem euange-
lij faciunt ibidem ſi alias grauiter peccent de iudicio novit || 5m 9o
q licet imperatus papa quoque dimittit penas iuſtas et debitas omnibus
predictis infidelibus vel quia facultatem non habet vel pp pericula vel
ſcandala que inde venire timentur poteſtas tamen hoc faciendi eſt ap. eu

Octauo queritur an papa pot exercere iuriſdictionem in ipſos infideles
qui non tenent terram in qua xpiani principes habuerunt iuriſdictionem poſtquam
dicit Inno. Et pp pot iuſte facere preceptum et conſtitutionem quod iuſte
non moleſtet xpianos qui ſub ſunt eorum iuriſdictioni ymmo quod plus
eſt pot eos in totum eximere a iuriſdictione et dominio ipſorum ar. de iudeis c. i.
et c. cum ſit et c. ex ſpeciali et c. fi. lxiiii. di. mancipia et c. ſi. ymmo
etiam ſi male tractant xpianos dicit Inno. pot eos pp per ſententiam pri-
uare dominio et iuriſdictione quam ſuper xpianos habent, et ita pot eximere quod
videtur fieri ex priuilegio et pot priuare que priuatio fit de iure ||
dicit tamen Inno. q magna cauſa debet eſſe poſtquam pp ad hoc veni-
at debet enim pp ſuſtinere infideles quantum pot dummodo non ſit periculum
xpianis nec graue ſcandalum generetur q ſum. no. poſt Inno. dominus
meus Fran. Card. flor. etc.

Nono queritur an pp pot mandare infidelibus q admittant pre-
dicatores euangelij in terris ſuis dicit Inno. q ſic licet enim non
debeant infideles cogi ad fidem quia omnes in hoc libero arbitrio relinquen-
di ſunt et ſola dei gratia in hac vocatione valet xlv. di. de iudeis
xxiii. q. v. ad fidem || ipſo q poſſunt cogi admittere predicatores indu-
cit Inno. q omnis creatura rationabilis facta eſt ad deum laudandum
ut in 2o libro ſententiarum di. prima ſi ergo prohibent predicatores
hoc predicare peccant et ideo puniendi.

Decimo queritur quid ſi ſunt p pp non pot eos de facto punire dicit Inno.
q in omnibus predictis in quibus pp licite aliquid eis mandat ſi non obediant
ſunt compellendi brachio ſeculari et indicendum eſt bellum per papam et
non per alios niſi ubi quis de iure ſuo contendit || Et ſi obiciatur nihil
ad nos de hijs qui foris ſunt ii. q. i. multi Sol. Inno. q illud intelligitur

q non debemus eos exterminando vel compellendo ad fidem inducere ali-
q sola dei gratia vocatur xlv. di. de iudeis sicut tamen xpianos turbat
vel alias delinquit facit q non dedimus gaudemus || Et dicit b. tho.
2a 2e q. xii. ar. 2o Quod ad ecclesiam non pertinet punire infidelem in
illis qui numquam fidem susceperunt secundum illud apli i. ad cor. Quid
michi de hijs qui foris sunt iudicare Sed si aliquis per infidelitatem
peccat potest sententialiter ius dominandi amittere sicut et quandoque propter alias cul-
pas secundum eundem b. tho.

Undecimo queritur Quid si populus alicuius magni principis infidelis
converteretur ad fidem et ipse princeps remaneret in sua infidelitate Dicas
primo q debet tollerari propter periculum in sua iurisdictione et dominio nisi timeretur peri-
culum fidei vel ipsorum fidelium, quia tunc potest cogi ad recipiendum potius
vel commutationem de iudeis c. si.

Circa tractatum secundum

Restat iam videre de potestate Imperatoris et ideo queritur primo
q potestatem habet Imperator super infidelibus generaliter videtur q plenam nam
omnes nationes sub eo sunt xi. q. i. §. h si quis et nolumus ipse enim est
princeps mundi et dominus ff. ad l. rodiam de iactu Et iudei sub eo sunt
C. de iudeis iudei et omnes provincie et lxiii. di. adrianus Et omnia
sunt in potestate imperatoris viii. di. quo iure et xxiii. q. viii. convenior
C. de quadriennii prescriptione vn azonone prout not glo. extra ergo in c. ve-
nerabilem de elec. nam Imperium pendet a deo in aut. de consulibus §. fi.
coll. iiii. ubi dicitur q deus misit Imperatorem tamquam legem animatam
in terris et q non nisi illorum que per ipsum reguntur est dominus C. de sti. tri-
nitatis fideles et i. p. c. ij. lxiii. di. adrianus ij. vide de elec. c. venerabilem
glo. et i germanos || Circa istam materiam advertendum an Impera-
tor subsit pape in temporalibus aut non iure videntur esse contraria
in hoc vide xcvi. di. cum ad verum ibi cum ad verum ventum est
nec Imperator iura pontificatus arripiat nec pontifex nomen Imperatoris
usurpet | In contrarium videtur xxii. di. c. i. ubi dicit canon q iura ce-
lestis et terreni Imperij petro sunt commissa etc. Et ideo pro istius materie
declaratione est sciendum q prout not dominus meus franciscus Card. florentinus
in c. venerabilem de elec. multa ingenia se in hoc vexaverunt ut invenirent
initium monarchie terrestris et composuerunt plurimi libros de monar-
chia et nulla disputatio potest esse inutilior secundum eundem Card. | Quia
veritas est q primum compertum fuit regnum q dicitur babilonicum Item
regnum macedonicum q floruit sub alexandro et Cartaginense q flo-

ruit cum hanibal dux Cartaginenſium pluribus annis vaſtauit ytaliam ut patet in titulivio de 2o bello punico vnde no^t io . xcvj . di . Si imperator Cz laicus de iure etiam ante aliquam conſtitucionem nunquam habuit poteſtatem in laicos ſed ſola vſurpacione / habetur etiam monarchia noua que nititur oſtendere quod ſemper vtriuſque gladij poteſtas fuit apud ſummum ponti ficem et in veteri teſtamento . et in nouo fuit et alia monarchia quam com pilauit dantes poeta florentinus et quod fuit gibelinus nititur oſtendere quod imperium in nullo dependet a papa et propter illum tractatum fuit prope combuſtionem tamquam hereticus Item aliud librum edidit de menardino paduanus doctor maximus ſcripturarum diuinarum qui adheſit bauario contra quem proceſſit Ecclesia Item nititur etiam marſilius oſtendere quod poteſtas coactiua . i . per quam vi et armis poſſit quis cogi non poteſt eſſe apud papam ſed eſt apud imperatorem et quo ad ſpiritualia / et in hoc rationes poſſunt multiplicari || In hoc autem hec veritas quod utrumque uniuerſaliter ſcilicet temporalium et ſpiritualium eſt in papa hoc probatur multis rationibus | primo nam regimen terreſtre debet eſſe vniforme regimini celeſti quia mundus inferior regulatur ad inſtar ſuperioris primo meteororum quia ab illo dependet tota natura de ſumma ciuitate et c . ſi . primo meteororum 2o celi . ſi in regimine celeſti eſt deuenire in genere corporum ad ſpheram celeſtem nobiliſſimam ad cuius motum mouentur omnes ſphere inferiores Sic in genere ſpiritualium eſt deuenire ad principium nobiliſſimum a quo cuncta dependent ut c . i . ſtatim allegato ſed nobiliſſimum corporum eſt inſtru mentum nobiliſſimum ſpiritualium cum ab illo procedant et ſpiritualia et corporalia ergo ſicut ~~aliu cum ab illo~~ in regimine celeſti eſt deuenire ad principem temporalium et ille eſt Imperator Sic ad principem ſpiritualium et ille eſt papa ergo imperator eſt inſtrumentum pape ſicut celum dei ut ſupra Item quod vnicus debet eſſe principatus in vniuerſo quia in ſubſtantibus ordinem eſſentialem in vniuerſo differentibus ſpecie impoſſibile eſt eſſe duo eque perfecta ergo hij non erunt equales ſed imperator non eſt maior ergo papa . Item vnus eſt dux totius monarchie ex mente philoſophi Entia no lunt male diſponi multitudo principancium mala vnus ergo princeps hec deductio eſt philoſophi . xij . metaphiſice vbi demonſtrat vnum eſſe deum Nam ideo multitudo mala quia ſi eſſent duo repugnan tes inſurgeret deſtructio ſi diſpares ergo ſuperior ſi pares vnus ſuper fluus debet ergo eſſe vnus princeps Ex quo propoſito arguitur quod ſit papa iudex omnium eccleſiaſticarum eſt bene capax iuriſdictionis ſecularium ſed non econtrario ratio redditur in c . de crimine et c . qualiter de iudicijs et non poteſt dari aliquis ~~alte~~ iudex ſecularis qui ſit vnus princeps habens vtrumque gladium ergo eſt iudex ſpiritualis ſcilicet papa Item nemo negat papam habere poteſtatem ſpiritualium pleniſſimam ſequitur ergo neceſſario quod etiam habet temporalem quia quelibet perfectio ſuperior continet ſub ſe inferiorem et non econtrario vnde anima intellectiua in homine continet perfectionem ſenſitiue et vegetatiue nec propter hoc eſt in homine niſi vna anima Ex quo

inferetur quod tamen potestas spiritualium sit perfectior potestate imperialium temporalium
quia temporalia velut accessoria sunt ordinata in spiritualia sicut in finem
supra .i. q. iii. si quis obiecerit quod non sunt dicte quod perfectum nec creata
a deo directe et principaliter sed consequenter et accessorie ad usum hominum
insistentium spiritualibus. ff. de usu. l. inpendium potestas ergo spiritualium
tamquam perfectior continet sub se potestatem temporalium de ma. et obe. c. solite
ergo potestas papalis est spiritualium et temporalium tenet hec consequentia
quia implicat finem et ordinata in finem. ff. de pecu. l. ad legatum
et l. adeum Confirmatur papalis est anime imperialis corporalium
quia anima dominatur corpori sicut dominus suo ut dicitur .ii. politicorum dominus
ergo dominus est dominus servi et consequentia per regulam vinco vincentem
te vinco et te de accessionibus precedentibus. aucte li. vi. Confirmo ex eodem quia
est dominus anime et operationi eius imperator corporis corpus autem est
instrumentum operationum anime quod ideo et quoniam agens principale
est perfectius instrumentali operante sicut scribatis scribi .ii. q. vii. s.
sed balaad // Item principatus pape est infusus a deo .xxiii. di. in novo
principatus imperialis ab homine .xciii. di. legimus effectus autem im-
mediatus dei excedit effectum humanum ar. de nobilitate de supra nobilitate
effectus de eccle. in suam tamen marthe Item xpus habuit omnimodam potestatem
et hec quia vicarius habet idem consistorium tamen or. no. de consue. c. ii.
li. vi. // Item arguendo a luminaribus sol illuminat diem et nocte diem
per se noctem per lunam unde 2m varietatem aspectus
lune ad solem variatur lumen lune ita papa ut sol de per se illuminat
diem .i. animam noctes .i. tenebrosa temporalia et materialia per lunam scilicet
imperatorem Ex quibus infero pot demonstrari quasi naturaliter quod
ipse potestas una est sola et imperialis quoniam illius pedissequa et ad hoc
bene inducuntur leges et canones pro et contra quia illis non bene
credimus quod papa facit decreta et imperator leges et nullus ydoneus
testis in causa Jo. de lignano Item demonstratur quod unus solus
sit princeps et principatus est optimus ubi unus principaliter
principatur hoc demonstratur 2o politicorum et est ad instar yconomica
ut scribitur .i. yconomicorum est ergo natura hic unum solum principem
in orbe hic non potest esse principatus imperialis ad quem nichil de spiritualibus
quod est principalis // Item ut fertur ab initio mundi exercuit deus per
ipsum in puniendo adam et evam Gen. iii. et v. deinde fuit tra-
dita a deo post diluvium noe tamen deus gubernationem commisit Gen. v. et vi.
per quam etiam principatus significatur // et ipse etiam exercuit officium sacerdotis
Gen. octava // Successerunt deinde reges et alii de quibus in veteri
testamento // Sed tempore gratie evacuata est lex veteris testamenti. Et xpus habuit
omnem plenitudinem iurisdictionis et fuit naturalis Rex ut de quo dicitur
in psalmo deus iudicium tuum Regi etc. et hec transmisit in petrum et
successores eius quod prosequere 2m Inno. de foro compe. c. licet .i.

// Sunt et alie rationes de quibus in extravaganti per unam sanctam ubi con-
cluditur in fine quod de necessitate salutis est credere omnem humanam creaturam
subesse Ro. pontifici et inducitur illud Jo. xviii. Converte gladium
in vaginam. Et auctoritas Bern. ad eugenium in libro de consideratione
per quas concluditur quod papa consideratus ut est vicarius Christi habet
utramque iurisdictionem // Sed exercitium habet imperator in temporalibus quia
non fuit conveniens quod ecclesia uteretur gladio temporali qui est ad mortem
improborum et separandum animam a corpore cum prelati maxime ten-
dant ad unionem anime ad corpus debite regulate // Possent fieri et
alie rationes sed qui negat principia debent convinci non potest quin tamen non
habeo nisi negare quod Christus non assumpsit omnem iurisdictionem ymo
dixit Regnum suum non esse de hoc mundo // Quod quid sit de hac materia que
semper dependebit secundum prefatos Card. / hoc tamen advertendum quod pre-
supposito opinione 1a quod iurisdictio temporalis sit subordinata ecclesie non tamen propterea
potest de imperatore ad papam appellari quia non est talis subordinatio
que faciat papam censeri superiorem quo ad actuale exercitium sed tamen in
habitu et in casibus in iure expressis ut vacante imperio de foro
compe. licet 1. Et secundum hunc modum iurisdictio imperialis procedit
dit adeo quod sunt de voluntate dei ut exerceatur per imperatorem et
hoc modo procedunt iura que dicunt non se impedit de temporali
iurisdictione nisi certis casibus ut hic de elec. venerabilem cum similibus
// Sed quicquid sunt in observantia ante tempus gre. secundum quod tempus
postquam Romani vendicaverunt imperium procedunt illa contraria per que
aliquid inferri potest / pro independentia imperii a papa // tamen hodie decla-
ratum est in pluribus c. maxime de ma. et obe. solite de iudi. novit
qui fi. sunt le. per venerabilem de elec. fundamenta de re iudi. apostolice
li. vi. Et utraque partibus est inspexa et hoc habet antiquissima consue-
tudo cuius contrarii non est memoria secundum quod papa ut superior imperatoris
transtulit imperium de grecis in Germanos prout not. in glo.
in c. translulit in c. venerabilem de elec. que translatio facta fuit
ut habetur in speculo hystoriali li. 29. c. 66. / 2 66. per Stephanum papam
qui postea fuit martirizatus // Oportet igitur fateri quod imperium de-
pendet a potestate pape nam ad ipsum spectat examinatio approbatio reiectio
electi ad imperium nam et electio imperii pertinet ad principes scilicet
Colonien. treveren. maguntin. etc. qui enumerantur de re iudi.
apostolice in glo. pe. li. vi. et hoc de iure posito per concessionem pape dicto
c. venerabilem / licet hosti. exponit de iure 1. naturali ratione quod nil
est dicere secundum predictum Card. Illud autem ius datum principibus
confirmatum est per consuetudinem // Preterea ubi aliquid est
difficile super quo sunt opiniones standum est dicto ecclesie ad hoc tex. de
consue. c. fi. de iura. ca. c. 1. qui fi. sunt le. per venerabilem ubi casus
clarus et inde tex. ut lite non contes. quoniam et no. de foro compe.
licet et dicens contra mala morte de pre dicto c. per venerabilem ex-
cepto dei / in quo c. dicit Jo. an. post hosti. in ambiguitate opinionem

magis credendum est lex canonice quam dubiis factorum uel ingrorum quia ipse non alii
data est talis interpretatio interpretatio dubiorum unde et imperator ad ipsum re
currit C. de sū. tri. l. fi. idem hosti. et arc. abbas contra legistas qui
in suis opi. non stant tamen expresse tenato per dictae. // Respondendo
igitur contrariis cum dicitur imperatori omnia sunt subiecta dicitur hoc uerum
quo ad tuitionem et iurisdictionem uniuersalem non quo ad singulare dominium ut no.
de consti. que in ecclesiarum xxiii q. viii. conuenior Et est dominus mundi aptitudine
sed non actu arc. ff. de nata resti. l. pe. ebra. dicitur quod est dominus cura et sollicitudine
arc. ff. de nego. gestis l. si pupilli. / Inducatur et illud quod dictum est petro
conuerte gladium tuum in uaginam luce xx. ad quod respondetur quod per illud non fuit
tradicata potestas gladii sed exercitii, immo uoluit dicere glo. quod imperator et reges
exercicium huius gladii habent abecclesia nam ecclesia etiam aliquando habuit uniuersaliter tamen
cum liud et illud per sacerdotes exeant ut xi. q. iii. relatum. Sed hoc exercicium
maxime in criminalibus aliis commisit quia non decebat illud ipse exercere et saepe
quedam possumus per alios que per nos non possumus et quedam aliis possumus
committere que non possumus retinere de insti. c. ult. lxxxviii. di. Episcopus gu
bernationem ne clia ul mo. c. ult. li. vi. Et ex predictis potest inferri quod 2m opi.
que habet quod papa habet superiorem dicendum esse donatione constantini factam ecclesie
illarum fuisse quia nichil donauit sed potius quod ecclesie erat relaxauit. / Glo. in aute.
quo oportet episcopos in princ. coll. v. uidetur uoluisse quod tenuit quo ad proprietatem
sed non quo ad uniuersalem de qua quere uide quod no. qui fi. sint le. per uenerabilem
dicitur ergo quod potestates quo ad exercitium sunt distincte sed quo ad proprietatem beato
petro utraque est concessa sed exercitium gladii temporalis papa committit imperatori
de matia ind. x. di. quoniam idem de frumle. c. ii. in prima glo.

His premissis quam queritur primo scilicet quam potestatem siue uniuersalem habet
imperator super infidelibus et corporibus presertim sub imperio non recognoscentibus
sentibus de ista ecclesiam romanam sciendum quod regnum ineris surgit tribus mo
dis primo per uoluntatem dei reuelatam aliquibus hominibus // 2° per consensum
eorum qui reguntur // 3° per uiolentiam, primo et 2° regnum est iustum 3°
non et 2m primum modum iustificatur potestas pape incipiendo a potestate tradita
patribus inde tamen post ea resumpta a Christo et translata in petrum et succes
sores eius / Insuper eadem potestas iustificatur 2° modo ex quo tota
ecclesia catholica et omnium fidelium congregatio in hoc consentit quod est iam
approbatum antiquissima consuetudine cuius contrarii memoria non existit
de 3° non est opus prosequi cum sit de facto potius quam de iure // Cum igitur
non constat imperium super infideles predictos gratia rationis esse iustificatum primo aut
2° non potest dici imperatorem aliquam potestatem habere super dictos infideles
sed tamen 3° per uiolentiam et tirannidem ut supra dictum est ¶ Ex quo in
fertur solutio q. 2e. quod imperator non habet dare licentiam occupandi terras
infidelium non recognoscentium sub imperium hoc ipse potestatis de facto quod non
apud imperatorem sed est apud papam Solum enim est apud imperatorem potestas
exercitium siue ministerium ut supra sufficienter deductum est Solus enim papa So° q. 2e.

medial habet bellum eis et non aliud secundum Inno. ut supra tractatu primo. q. x. // et expeditis inferetur solutio q. 3e. Et hic imperator Cruciferis concessit super occupandis terris infidelium nullum ius eis tribuit ad petendum eas cum nichil dat qui non habet 1. q. vij. daibtum Et que contra ius sunt debent pro infectis haberi per regulam que contra ius de re. iur. li. vj.

Bo. q. 3e.

Ex quibus colligitur evidenter altius q. so. Et Cruciferi iniuste pugnantes cum infidelibus pacificis ut sunt iniqui habuerunt iustum bellum patet quia illos in pace degere volentes impugnantibus omne ius resistit ius civile. C. de paganis et eorum sacrificiis l. Xanis cum suis concordantiis que lex eos quiete viventes iubet non molestari Ius canonicum extra de iudeis c. ij. et c. sicut et xxiij. q. viij. dispar cum suis concordantiis Ius naturale resistit. s. quod tibi vis alteri fac etc. ut in principio decretorum Ius divinum resistit. s. non occidas non furtum facias Exodi. 20. in quo verbo non furtum facias omnis rapina in verbo non occidas omnis violentia prohibetur ut patet xiiij. q. v. dixit dominus et se. usque ad s. contra in exodo dicit enim beatus augustinus in libro questionum exodi iij. c. et habetur consequenter in c. penale xiiij. q. v. furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit sed utique furti nomine in l. veteris testamenti etiam rapinam intelligi voluit apte enim totum significavit quicquid illicite rerum proximis aufertur. Rapina enim est species furti secundum glo. dicto c. penale. Nam omnis raptor est fur ut insti. de vi bo. rap. in principio. Preterea talis impugnatio infidelium maxime sine iusta causa non toleratur. Secundum dilectionem proximi quia ingressus vitii contrarius altius opatur egressus proximi aut ut secundum veritatem sunt tam fideles quam infideles in distinctione de pen. di. ij. non illi tamen proximi intra et glo. in c. proximos et quia licet tam pontificum Romanorum quam imperatorum eos maxime contra ius naturale et divinum non privilegiat igitur etc.

Bo. q. 9e.

Ex predictis etiam facilius potest videri ad aliam q. scilicet quod non est licitum infideles armis vel oppressionibus compellere ad fidem christianam quia hic modus est cum iniuria proximi et non sunt facienda mala ut eveniant bona xxij. q. ij. pc non sunt xiiij. q. v. facte et c. neque vero in canone quoniam aut xlv. di. legitur nova vero atque inaudita est ista predicatio que verberibus exigit fidem Et in c. sicut extra de iudeis dicitur quippe christi fidem habere non creditur qui ad christianorum baptisma non spontaneus sed invitus cogitur pervenire ubi probatur secundum glo. quod nullus ad fidem cogendus est xxiij. q. v. ad fidem quia fides voluntatis esse non debet xlv. di. de iudeis et c. quoniam aut et c. qui sincera quia servitia coacta deo non placent dicto c. de iudeis Et ideo statutum est in generali tolletano Concilio dicto c. de iudeis quod blandimentis non asperitatibus debent illi studere qui alios deducere

Bo. q. 4e.

comittere Ratio ibi redditur nec quorum mente reddita ratione plano po
terunt reuocare pellant procul aduersitas Et subditur Na quicunque
aliter agunt suas illis magis que dei probantur causas attendunt quod at
de iudicis dicatur eadem penitus subest ratio de quolibet infideli et ideo
idem sub ar. c. na contrapiam et c. translato de consti. de resp. inter ceteras
insi. de transla. inter corporalia / ubi dicit magis operatur potestas quam ca
ritas hii que sua sunt querunt non que ihesu xpi et ideo facile a leges
diuine regula discedunt et dicitur donari magis quam consulere placet honor in
flat superbiam et quod prouisum fuit ad concordiam tendit ad noxam
tex. est xlv. di. in c. licet non nunquam

Ex hys concluditur error nulla ratione tollerabilis sed quod
xriani confluunt illic ad impugnandum infideles exceptis infideles
sine hoc dicatur causa fidei xpiane ampliande cum pretextu pietatis
non est impietas faciendo. xxx. q. i. nosti xiiii. q. v. forte. i. q.
i. non est putanda siue etiam dicatur causa militie exercende etc.
Cum omnes uoluntarie auxilium prestantes Cruciferis impug
nandi mansuetos infideles a mortali peccato excusari non possunt
siue sint eorum subditi siue non. non enim operam fert qui ad peccandum
adiuuat xiiii. q. vi. si res et per consequens qui ubi impenitentes periunt
fouentes huiusmodi bellum illicitum filii irre[?] sunt peccatorum huiusmodi cum dampnatis
merito sunt censendi et bellum autem yspanorum contra sarracenos
est iustum secundum aldradum in questionibus q. lxxii. ideo quod est ad recuperationem
xpianorum terrarum et in quibus xpiani prius habitabant / Debet enim
miles catholicus bellanti non subditus esse certissimus de iusticia
belli quod bellando prosequitur alioquin si est dubius uel mortuus quoniam se
exponit periculo dicitur enim dum hoc si non potest alicui subueniri quin offendetur
alter quomodo dubius est neutrum iuuari quam alterum grauari xiiii. q. v. denique
quod solum subditus excusatur in dubio probabili iusti belli iuuando
suum dominum hoc autem operatur uinculum obediencie ad quam obediendam obligatur
secus si ciuis esset de in iusto bello uel probabiliter crederet ad hoc est tex. in
canone quod culpatur. xxiii. q. i. Hec autem ratio cessat in non subditis quos
non stringit lex obediencie sed spontanea uoluntas hoc heretorum in subdito
secundum hosti. et Raimundum si inquisiuit quantum potuit et peritiores
consuluit et semper dubius remansit alioquin affectata ignorancie
erit non expers sic puniretur ut in c. cum inhibitio de clandestina
despon. § si quis uero neque excusatur metu amissionis rerum
temporalium quod licet metus culpat attenuat non eam tamen prorsus
excludit de hys que ui metusue causa fiunt c. pueris / de hoc plene per
osti. in summa de pe. et re. § quibus et qualiter v3. et de Rapina Rapiunt
enim in hoc auctoritas suis uel iudicas // Unde ad euidenciam clariorem

precedentium et sequentium sciendum quod quinque requiruntur ad hoc ut bellum sit iustum secundum ostiensem per Ray. loco preallegato scilicet persona / res / causa / animus / et auctoritas // persona scilicet habilis ad pugnandum scilicet secularis cui licet sanguinem effundere nam clerico non licet nisi in necessitate inevitabili // Res ut scilicet sit pro rebus repetendis vel defensione patrie // Causa scilicet ut si propter necessitatem pugnetur ut pugnando pax acquiratur xxiii q. i. noli // Animus ut non fiat propter odium vel ultionem vel propter cupiditatem sed ad correctionem et vel propter caritatem iusticiam et obedientiam / nam militare non est delictum sed propter predam militare peccatum est // Auctoritas ut scilicet fiat auctoritate ecclesie ubi pugnatur pro fide vel auctoritate principis xxiii q. i. quid culpatur // possit addi sextum scilicet habilitas temporis / quia quedam sunt tempora quibus bella et iusta sunt prohibita de treu. et pace c. i. Et maxime diebus solempnibus festivis sub est prohibicionis in quibus cessandum est ab omni opere servili maxime a peccato et omni et spiritualibus operibus Sola enim necessitas que legem non habet excusatur aliquis a peccato pugnando hiis diebus scilicet vel sua defendendo / non autem in impugnando alios extra de re. iur. quod non est licitum xxiii q. ultima si nulla / Sic machabei sine culpa in sabbato pugnant i machab. ult. / qui tunc sublata necessitate dicti sabbati distulerunt / nolentes insequi inimicos fidei qui ad opprimendum iudeos venerant i macha. viii c. Et per hoc apparet solucio alterius q.

Cor^m 3^m — Tercio ſequitur quod poſito ſine preiudicio veritatis quod ordo iſtorum fratrum fuiſſet in ſui generali ad militandum inſtitutus non tamen ſibi licuit invadere infidelium partes ad occupandum eorum dominia et licencia poſtmodum ſedis apoſtolice non habita ſpeciali et ideo ſequitur eandem miliciam eſſe et fuiſſe etiam ex hoc capite legi divine repugnantem et per penitus hec talem

3^a cclo — Tercia concluſio. Ad hoc ut iuſtum bellum de iure appareat preequiritur cauſe huiuſmodi debita cognicio et declaracio legitima. ubi poſſet de hoc probabiliter dubitari patet hoc quia licet tria principaliter requiruntur ad bellum iuſtum ut ſit ſecundum b. tho. in 2^a 2^e q. xl. ar. 1. ſcilicet auctoritas

Justa causa, et intencio recta, si tamen de iure constare debeat de hiis in quibus
ubi aliis facti evidencia non habetur necesse est hec duo concurrere. primo ut de causa
cognoscatur ad minus summarie. Et quod sequatur declaracio legitima. Nam dubi-
tari non debet de auctoritate impugnantis, de causa legitima impugnandi, et iusta resis-
tencia impugnati quod talium ignorancia eciam probabilis non excusat nisi
subditos racione obediencie, et in dubio probabili iusti belli ut in canone xxiii
q. i. quid culpatur. Igitur evidencia requiritur iuris in facto, evidencia autem
iuris non potest haberi nisi per manum iusticie videlicet per probacionem in iure factam
vel per formam et per consequens declaracionem legitimam et ad hoc sunt multa iura.

Alter racione premissa videtur licitum prelatos infideles privare suis dominiis sine
causa legitima aut talium iuris ordine non premisso et per consequens iniuste. quod hoc re-
pugnare videtur naturali iuri et divino. quia tamen quod in facto consistit de iure
censetur ignorare sicud et alia facta locorum particularium p c. i. de consti. li. vi.
Nam licet aliquid iuste sit notorium quod tamen iudici non est notorium
ut iudici ideo probandum est ut in c. ad nostram de emp. et vend. cum sic. Igitur
de necessitate iuris ad hoc quod fiat cause communis debita cognicio, debet precedere probacio
et per consequens aliqualis ordo iuris

Et ex hac conclusione tria corrolaria inferuntur. Primum corrolarium Nisi de   1m corrolarium
iuris ordine huiusmodi constiterit aliter non potest iustificari vel de iure probari auctoritas
premisse causa legitima et intencio recta privandi prelatos infideles, et ideo non potest iudi-
cari in hac milicia superiores invenisse auctoritas penes cognitorem eorum prelatorum tanquam
tam aut interpretatum et per consequens licere suspicere non facientes de tali ordine aliquam
mencionem nichil probant ymo videntur probare contrarium scilicet quod ipsa eos privaverunt
tacite sine culpa et sine causa et per consequens contra ius naturale et divinum Racio est
quod culpa de iure non presumitur nisi probetur, et cause huiusmodi ignorancia de iure
presumitur ubi scientia non probatur per regulam presumitur de re. iur. li. vi.

Secundo sequitur quod milicia prelatorum fratrum corpore quod pugnatur obmisso tali medio   2m corrolarium
et per consequens iniuste et iuris ordine non servato non solum est iniuste debito ordini
iusticie contraria et iniusta. sed eciam quo ad alios est culpabilis active et passive. igitur
intelligitur iure divino prohibita. et per consequens eciam ex hoc capite scandalis vindi-
canda. Dico active et passive tum racione scandali tum racione offensionis corporalis
nec non rerum in quibus non licet cuiquam iniuste offendere nec offendi

Tercio sequitur quod nisi impugnatus eciam infidelis stat contra propter quia   3m corrolarium
impugnatur iniuste resistit impugnanti quamvis iniuste tamen debeat impugnandi

qz talis cauſa nō tollit ſibi Jus nāle defendendi ·

Ex quibꝫ liquet manifeſte · An eciā hunc errorē poſſit uel debeat aliqualr̄ tollerari · Vel ſi dc̄os fr̄es cōpellē teneat̄ ad dimittēdū realr̄ cū effcū bona omnia et dn̄ia per eos occupata · Vel quolibꝫ acquiſita put ſupius eſt expreſſum

Et hec ſufficiant de conſideracone tercia et p ꝯnſ eciā de t̄rio ꝓpoſito pncipali

Et hec ſint dicta ~~nō determinate~~ ſꝫ ꝓbabilr̄ et p modū cōmiſſioni ad effcūm ut hec mat̄ia talr̄ cōmiſſa debitā concluſionem ſui debitam recipe valeat atqꝫ fine put expedit ul optet a ſanctiſſimo dn̄o nr̄o ſſr̄a · pſertim in hoc ſacro Concilio gn̄ali ·:·

Sequitur secundus tractatus

Quantum autem ad tractatum secundum

cuius occupacio erit circa Responsionem xviij conclusionum contentarum in
libello cuiusdam Johannis de Bamberga doctoris decretorum qui libellus
idem videtur in materia et effectu cum libello fratris Jo. ffalkenberg ordinis predica
torum misse xxiiij conclusiones continente. non illo prorsus iam dampnato sed alio sed
quo adhuc pendet iudicium Et quia in detrimentum utriusque potest status et ho
noris regalis excellencie Inclitissimi Regis et incolarum Regni polonie
et excedit fermento malicie. et vehementissime presumitur in favore fratrum cru
ciferorum de prussia Utrumque videtur fomes odij et processus utriusque licet me
dia sit diversa pro ut ad ambos idem erit iudicium saltem quo ad aliqua Et
nichilominus ecce ne huiusmodi scripta prefati Jo. de Bamberga sic oblata sine re
sponsione debita remaneat. ad impugnandum certas conclusiones ex dictis diversorum
doctorum recollectas. et per modum avisamenti oblatas dudum in nacionibus huius
sacri Concilij pro reformacione status fratrum predictorum salubriter facienda. Resu
mendo singulas huiusmodi conclusiones positas cum certis erroribus asserte pendentibus in
probacionibus conclusionum earundem, iuribus allegacionibus suis inutilibus penitus
resecatis. dabo eis claras et brevissimas responsiones non determinando sed potius
avisando et aperiendo materiam in hoc volentibus se utiliter occupare.

Verumque adversarius asserere videbatur licet false, predictas meas conclusiones in
detrimentum potestatis papalis et imperialis fuisse fabricatas etc. Igitur pro resis
tencia et remocione aliquali huiusmodi calumpnie adversantis. protestor quod
nichil intendo cum assercione dicere quod sit contra fidem. bonos mores et sa
nam doctrinam. aut contra statum reverenciam vel personam summi pontificis vel
Imperatoris, et si quid occurrerit inter dicta vel dicenda. principaliter vel inci
denter volo haberi pro non dicto Volens eciam hanc protestacionem currere et vale
re ac si eam specialiter resumerem ad singula sicut quibus dicendorum per me et
eciam quolibet iam dictorum.

Et primo premitto in principio dictum magistri mei Mauricij de praga valentis
simi theologi qui videndo ad primas duas huiusmodi conclusiones sic orditur
super conclusione doctorum summam qua supponitur quod heresis est omne dogma
sacre scripture asserte contrarium conclusio contenta pro parte prutenorum
qui incipit In nomine sancte et individue trinitatis etc. Et sunt sub
auctoritate beati Jeronimi ad melitem, pro ut est hereticus et pro ut sapiens ...

per omes collec xbiij coclusiões quibꝰ deducit milicia prutenor q infideles semp fuisse licita et huc fundata, vnde in prohemio dicit illam religione ee fundata p defensione tre sce et tuicone prie tamq ppt cam finalem. ſ qr illa ca deficit ex eo qr tra sca p illos religiosos nō expugnat et pria quam inhitant omnium q ex confusione infidelium est tuta.
Igit talis religio sic sunt nec de illa pria est tolleranda. ex salvatoris sua parabolizante Luc xiij de ficulnea i fructuosa succide illam ut quid e tra occupat. cuius oppositum opusculans deducit. ut salte illuc sit transferendi ubi premissa p quibus dicuntur fundati cople valent. Salvatore gente. Auferetur a vobis regnum et dabitur genti facienti fructus. Math xxj.
Et hoc sufficiat de prologo.

Tandem ponit coclusio prima in hac forma. Licet pagani et infideles alij tonsurati valeant inter oues xpi creacione et redempcione ex parte xpi. Sunt tamen revera bestie p sua rebellione sevicia et crudelitate et pecora campi. et sic in verbis illis dicite pasce oues meas minime comprehensi.
Hec coclusio expresse negat plenitudine clavium eccie xpe premissa arti. xbij. Et quecunq ligaueris sr terram etc. et Jo. ult. exclusa pasce oues. ex exhibitio nō comprehendens plenum pasturam ut dicit finis illorum nō correndet universalitati premisse. sicq declarat mediate qr minus exhibuit sive soluit q promisit. unde potest sic argui. xpc promisit petro et suis successoribus omnium ouium sine excepcione curam et pasturam dicens Et quecunq ligaueris etc. Immo et totam gnis humani lapsi in Adam migens curam illius habe Luc. xv. ſ paganorum et infidelium creacone et redempcione inter oues xpi tonatorum curam et pasturam mie commisit cum ait pasce oues meas ut dicit conclo in fine Igitur quod promisit nō exhibuit. quod est hereticum contra id Jo. xiv. Ego sum via veritas et vita. etc. et quia premissa tibi igitur aliqua premissarum est heretica. ſ nō maior cum sit evangelica. Igitur minor que est conclo. Quobrem opusculas tene cam renovare et opusculum sine dissimulacone cobnuir tamq arbor mala. malos fructus coclusionum fructificans. que iubetur excidi et igne mitti Math vij.
Secundo sic omnes oues redempcione xpi sunt principaliter sue qr ab eo ex eterno tempore et ab eterno predestinate et sibi appropriate. ex nemo potest rapere

eas de manu ei9 Jo. x. Tum qr impossi^le est p̃destinatos dampnari apl̃o
quos p̃destinauit illos & magnificauit. Ro. viij. Et illud ouium p̃ostea
in illis verbis dominice pasce oues meas pri^r. commisit. eo q̃ ille s^t pri^r.
sue. Igitur pagani et infideles per xp̄m redempti sunt principali^r i illis
v̄bis cõp̃hensi. q̃ est oppo^m conclois. q̃ cum sit catho^cu liquet q̃ p̃po^m
conclusiois est hereticum Secus dã oppo^m q̃ sint redempti et nõ cõpre-
hensi sub v̄bis dominice p̃ptea qr s^t bestie perfidia et rebellione ut dic^t.
2^a ps conclois eptice sequitur contra aplm̃. q̃ p̃p^t suã maliciã tp̃alem
exciderunt ab et̃na p̃destinaoe. quia necco sequitur redempo. ff apl̃o
dicete. Ro. p^o q̃ xp̃s 2^m carne p̃destinat9 est ex resurrectione mor-
tuorum ihũ xp̃i. i. p̃p^t redemptõm lapsorum in adã. Vnde cum apl̃o nõ voco
redemptõm quo ad sufficienciam. s3 quo ad efficaciam p̃destinat eã q̃ de
qua saluator ait. hic est sanguis me9 qui p multis effundet^r i remis-
sionem pctõrum Math. xxvj. Vbi p multis d^t p solis p̃destinatis quali locu^o
Apl̃us vtitur loquens de p̃destinacone. q̃ xp̃us est primogenit9 i multis
fribus. Ro. viij. et hoc mõ efficacie vtitur opusculans in conclone distin-
guens creatõne a redemptõe p coniunctõne media ut3 gñmatice dicete
Iungit diuisa coniuncto significata. est enim planum fidelibus q̃ xp̃us vni-
u̾salis creator et redemptor omnes hoĩes creabiles redemit quo ad suf-
ficienciam s3 nõ omnes quo ad efficaciam nisi electos p̃destinatos utz ex p̃-
missis. quorum pasturam commendauit i v̄bis p̃fatis pasce oues meas cuius
oppo^m erroneum d^t conclo. Et confirmatur qr xp̃s paganos et infideles
appellat oues que nõ s^t ex ouili eccie. et illas d^t se habere tamq̃ suas &
nõ alienas. eo q̃ pr̃ dedit sibi eas. Ideo nemo pt rapere eas de manu
pris Jo. x. Igitur per pronomen meas principalr eas cõp̃hendit cuius
oppo^m d^t conclusio friuole et erronee. q̃ euidentem veritate

(Tercio sic. Tanta est laci^do extensiue p̃pe in sp̃ualibus sicut Imperatoris
in tp̃alibus sicut fatetur opusculans i conclone 2^a. Sed Imperator hẽt
superioritatem et curam vniu̾salem sine excepcõne s^r omnes fideles et
infideles ut per totum processum fatetur opusculans Igitur et p̃pa habet
siliter s^r omnes. s3 nõ nisi ex v̄bis dominice pasce oues meas Igitur omnes
infideles et pagani sub illis v̄bis cõp̃hendũtur pasce oues meas cuius
oppo^m dicit conclo. Et confirmatur qr p̃pa insigniendo sic v̄lis ptatis de-
putat paganis et infidelibus epos titulares s3 huiusmodi deputatõm
friuole faceret. si nõ eorum curam et sollicitudinem sub p̃dictis v̄bis dominice
accepisset Igitur pagani et infideles sub eisdem v̄bis cõp̃hendũtur cuius
oppo^m d^t conclusio derogando ptati i p̃pali ptati Sed nõ mirum si p̃pe &
eccie contradicit cui eciam similiter impugnans d^t paganos oues sub pastura per-
nõ cadentes

8 argum 7

Ncto sic Concedo cum qua ipsius bonitate pastoris concludens dicit alias
oves habeo que non sunt ex hoc ovili paganos et infideles denominans et
illas oportet me adducere et fiet unum ovile et unus pastor ostendens quod
sine ista reductione non posset fieri actu vel potencia unitas ecclesie
in symbolo posita. est ipsa reductiva infidelium ad ecclesiam per sollici-
tudinem pastoris Igitur cura paganorum et infidelium est pape commendata
cum reductione possibili et per oportet sub pena dampnacionis eterne in illis
dominicis paste oves meas Et confirmatur quia si petrus ex verbis prefatis non
fuisset obligatus ad reductionem infidelium. eo quod cum ista questione non per-
tinueret ad ipsum sequitur quod peccasset mortaliter intromittendo se de questione
infidelium ad ipsum non pertinentium. quod est hereticum repugnans revelationi
sibi facte in figura linthei per iiii[or] angulos submissi in quo erant
quadrupedia terre bestie et reptilia sibi mandata ut ea occidat et
comedat que tandem omnia recepta sunt in celum, per quam visionem
intellexit. omnes infideles per iiii[or] mundi climata sparsos sibi esse com-
missos Act. x. Sed non nisi in illis verbis dominicis paste oves meas
que magis verba per illam visionem sibi intellexit declarata sic exposita
Igitur sequitur quod pagani et infideles qui reputantur bestie propter crudelitatem
et pecora ex perfidia. rebellione et sevicia comprehenduntur sub illis
verbis prefatis de necessitate predicte visionis cui contradicit ista conclusio
tamquam heretica.

Et confirmatur quia petro commissa fuit cura omnium apostolorum Christo sibi
dicente singulariter paste agnos meos Jo. ult. Et apostolis unacum
petro iniuncta fuit cura conversionis omnium paganorum et infidelium
Christo dicente Euntes in mundum universum predicate evangelium omni crea-
ture qui scribitur Marci ultimo Igitur cura principalis omnium gentilium per
apostolos fuit petro specialiter commendata. sed non nisi in verbis premissa conclusionibus
paste oves meas. igitur pagani et infideles sunt comprehensi sub verbis
predictis cuius oppositum dicit conclusio. Certum postquam oves salvandi censentur
non omnium ait propheta. ubi adoptionis filii dei in die judicii collocantur
quorum multi sunt et erunt publicani peccatores et infideles de quibus dominus
Salvator scribis et phariseis legitur dixisse Amen dico vobis quod pu-
blicani et meretrices precedent vos in regno dei Math. xxi Sed huiusmodi
errantes oves necesse est ut a pastore reducantur. et non per verbum paste
oves meas papam generalem pastorem constituit secundum omnes doctores ecclesie
Ergo bene concluditur quod pagani et infideles sub illo verbo dominico concluduntur
Secus negare oporteret quod Christus unquam dedisset petro pasturam generaliter propriam

cum in toto decursu biblie nusquam inveniatur actualis impositio pastoris nisi sub urbis prefate. Aut quod ipse predestinatos cum infidelibus quibus includitur omnibus regnum celeste paravit a constitucione mundi Mathei xxv. In errore salutem neglexisse sed pro eorum reductione eas in urbis prefate de pastore non providisse postquam homo per se peccare sufficit sed non redire domino per prophetam dicente perdicio tua ex te salus autem ex me Osee xiij. Sed nec potest ab infidelitate sine predicacione pastorum ad fidem redire Apostolo dicente Quomodo credent ei quem non audierunt quomodo autem audient sine predicante quomodo ergo predicabunt nisi mittantur Ro. x. Itaque ad conversionem omnium infidelium petrus missus est in verbo sepefato Verumquia satis presumitur quod pretendentes predicti elegerunt ne infideles eas proximi fidem recipient quia sic et non aliter iuxta sua privilegia possessiones infidelium invadere possent. Hinc in fideles convertendos a pastura excludunt catholice fidei asserentes quod si infideles subiacentes dicatis pasce oves meas minime comprehendimur. Ipsum tamen certum non debet fieri de eorum conversione intromittere quod quod statutum sit hec in quolibet novit fidelis &c. M. Mauricij

Verum quia in probatione predicte conclusionis eciam asseritur quod supra dicte infideles qui primus aut Imperatoris dominium minime recognoscunt quos asserit ideo resistentes pertinaces et rebelles &c. astringitur impugnare. In quo dicto concordat cum predicta conclusione fratris Johannis falkinberg non solum est in bonis moribus erroneum. In eo quod sic docetur et suadetur iniusta huiusmodi oppressio ac iuri naturali contraria sed eciam in eo quod violat preceptum de pace servanda contra id Apostoli ad Ro. xij. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes &c. Videtur hec Ps. ubi B. Gregorius tractans eadem verba Apostoli dicit Sciebat apostolus quod cum omnibus pacem habere difficile prospiciens premisit si fieri potest et subiungit quod ex vobis est transscripte in canone inter que potest fieri; cum dixit quod ex vobis est &c. ma. et obe. verba xi. q. iij. Cum enim omne quod nullum exceperit de. ma. et obe. persolute. Item dicta assertio beatitudine excludit contra id Math. v. Beati pacifici i. amatores pacis. Violenciam includit contra decalogum repugnat officio summi pontificis contra illud Jo. x. Alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili quas oportet me adducere &c. Ubi verbum oportet licet necessitatem videatur importare non tamen hoc esse dicit per bellum sine pugna sicut pretendit ista assertio Unde legitur in canone qui sincera plus di. Cum agendum est potius quam ratione et mansuetudine provocati sequi nos velint non fugere. Nam moyses ad bella non vadit non pugnat

oim inimicos sed orat et donec orat vincit ipsius verba sunt in canone
Dignus sacerdotum propositi di. ad cuius exemplum et alii maxime
summi pontifices debent facere (Tandem et in alia propositione as-
serit et in eadem conclusione Quod infideles revera sunt bestie
et tamquam ratione carentes relicto vero deo colunt ydola credunt deorum
multitudine blasphemant christum persecuntur christianos iura et lo-
ca eorum occupant et omnem bestiarum rabiem supergrediuntur etc et
quod hec naturaliter eis inesse videntur. Per quod dum videtur contra se ipsum
Nam si talia insunt naturaliter infidelibus igitur non sunt per sanctam vel
aliud pro talibus impugnandi cum secundum Aristotelem 2o ethicorum In
hiis que insunt nobis a natura non laudamur nec vituperamur quecumque
vicia humiliori principi genere tales principiis naturalibus etiam imputantur primo
providentie sed deo qui tamen secundum veritatem evangelicam omnia bene fecit et
per quod non videtur sine blasfemia creatoris Ex quibus colligitur quod
dictum zelo cum suis conclusionibus est satis crudelis et erronea in bonis
moribus et fide

zelo 2u

Conclusio secunda Iurisdictiones dominia principatus
et honores regnorum principatuum et terrarum non sunt nec possunt talia
esse penes de iure apud infideles qui ecclesiam seu imperium dominum et
superiorem minime recognoscunt et concordat cum dicto Jo. falk(enberg)
prima sua conclusione in 3a propositione

Ad istam conclusionem 2am. ac avaritia sic videtur Circa primam
conclusionem iste opusculans spoliare nititur infideles de vestimento
fidei eis ex praedestinatione debito. post tale spolium anime nititur eos
consequenter spoliare de possessionibus corporeis per 2am conclusionem
magis hereticam quam primam Et quod ista conclusio est huius totius erroris
fundamentum et sequencium conclusionum. Inde diligentius subintende
tale argumentum

primum argumentum

Ex ista conclusione sequitur formaliter heresis igitur ipsa est heretica etiam
si omnes sui partes tenent consequentia ex terminis et antecedens probatur primo quo-
ad totam Sequitur enim Iurisdictiones etc Igitur inferiores fideles naturaliter
subiecti superioribus infidelibus possunt suis superioribus ratione infidelitatis sub-
trahere obedienciam tenet quia quod infideles propter peccatum infidelitatis desinunt
esse domini ex conclusione et sic prelatus christianus in peccato mortali quo ad deo infideles

desinit esse prelatus et dominus que omnia sunt articuli Wiglef dampnati in concilio Constanciensi.

Nono hec conclusio renovat antiquam heresim Iudeorum nolencium recognoscere se sub dominio cesaris infidelis et dicencium Christo monetam Dic nobis quid tibi videtur licet censum dare Cesari an non Mathei xxii. Arbitrabantur enim eum isto opusculante quod cesar infidelis non posset habere super eos dominium cuius tamen oppositum Christus determinavit reducens eos in recognicionem dominii dicens ypocrite ostendite michi numisma census quod cum obtulissent quesivit cuius esset ymago et superscripcio in denario et responderunt cesaris conclusit Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Ubi expresse docuit recognicionem dominii apud infidelem cesarem non recognoscentem dominium ecclesie quod tunc erat apud Iudeos quibus (auferetur a vobis regnum dei Mathei xxi). Et confirmatur quia Christus dando Cesari infideli tributum pro se et pro petro Mathei xvii docuit ecclesiasticos recognoscere dominium apud infideles. Similiter Ioseph cum Maria censum cesari infideli Luce ii. Beatus quoque Mauricius cum sociis Maximiano legitur dixisse Milites sumus Imperator tui sed tamen servi quod libere confitemur dei. Tibi miliciam debemus illi innocenciam. Unde et Christus apostolis legitur dixisse Cum steteritis ante reges et presides non recognoscentes dominium ecclesie nolite cogitare quomodo loquamini Luce xxi. Ecce Christus recognoscit regna et principatus apud infideles.

Item Christus recognovit super se dominium et iurisdiccionem pilati infidelis dominium ecclesie non recognoscentis dicens Non haberes potestatem super me. Et etiam recognovit dominium pilati provenire ex domino Imperatoris infidelis dominium ecclesie non recognoscentis cum dixit pilato Nisi datum tibi esset desuper i. ab Imperatore. Igitur Christus recognovit dominium et iurisdiccionem apud infideles imperium ecclesie non recognoscentes.

Decimo Reges gencium dominantur Luce xxii. igitur apud gentiles sunt vera regna et dominia contra oppositum conclusionis. Et confirmatur quia sub et supra dicuntur correlative sed ex conclusione pilatus infidelis non recognoscens Imperium ecclesie non habuit verum dominium et per consequens non fuit superior. Igitur Christus non est passus sub eo quod est contra Symbolum et sic hereticum igitur aliqua premissarum non admittenda que non est in lumine naturali igitur minor que contradicit huic fidei. Item beatus paulus appellat ad infidelem cesarem Actuum xxv dicens Ad tribunal cesaris sto ubi me oportet iudicari et post cesarem appello. Sed appellacio non remittit nisi ad ordinariam iurisdiccionem habentem igitur b. paulus recognoscit iurisdic-

apud infidelem cesarem dominium ecclesie non recognoscentem. Item b. petrus fidelibus qui videbantur istum errorem colentes sepe precipit ut infideles reges et principes recognoscant esse suos dominos et reges et principes eorum honorent dicens Regem honorificate Subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis et modestis sed etiam discolis. unde subditi estote omni humane creature propter deum. sive regi quasi precellenti. sive ducibus tamquam ab eo missis prima pe. ij. Paulus vero rogat fieri postulationes et orationes pro Regibus et omnibus in sublimitate constitutis ut quietam et tranquillam vitam agant hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro qui omnes homines vult salvos fieri prima ad Thi. ij. Sed temporibus apostolorum petri et pauli non fuerunt nisi infideles reges et principes non recognoscentes dominium ecclesie apud quos apostoli fatentur fuisse vera regna iurisdictiones principatus terrarum honores regnorum et dominia contra conclusionem prefatam Igitur cum recognitio apostolorum sit catholica sequitur quod conclusio est heretica. // Et confirmatur quia tempore christi temporale regnum et dominia fuerunt vera in mundo in eo quod ait Astiterunt enim Reges et presides non recognoscentes dominium ecclesie iuxta psalmista Astiterunt Reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius sic allegatur Actuum 4°. Et talia dominia non erant ecclesie. christo dicente Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum ministri utique mei decertarent pro me Jo. xviij Igitur apud gentiles est verum Regnum et dominium naturale contra dominium ecclesie distinctum salvatore id firmante cum ait Reges gentium dominantur eorum. et vos autem non sic. Ubi non tollit dominium ab ecclesia sed qualificate distinguit aliud esse modum dominandi in ecclesia quia respectu eterne beatitudinis. et aliud de mundo respectu finis naturalis hoc est temporis naturalibus consequendi Quamobrem si iste opusculans istum modum distinctionis dominiorum mundi et ecclesie cognovisset nusquam illam conclusionem posuisset quia vehementer prutenos reddit suspectos qui sub pretextu donationis ecclesiastice temporale dominium ambientes. qualem ambitionem arbitror huius opusculi compositionis. quia etiam videntur sapere conclusiones sequentes promoventes stolare dominium ecclesie que destructivum dominationis gentilium duntaxat finem naturalem intendentes Et licet finis sit naturalis sit finis simpliciter. naturalis tamen quia est temporalis quod etiam non desinit esse finis communis quo christus dixit de se Jo. viij Ego sum lux mundi per essentiam nos participant dicendo Apostolis Math. v°. vos estis lux mundi secundum quod et per participationem Her. M. Mauricius.

Et ultra ista superius allegata Ockam in 3a parte dialogorum libro primo c. xxv multas alias adducit scripturas sacras ad hoc propositum et dicta sanctorum doctorum quibus manifeste convincitur iste error. Nam legitur

actuu xxiiij q paulus dixit ad lystram paganus qui multis annis te esse iudicem gentium sciens etc. ubi paulus paganum esse verum iudicem recognovit et sic de aliis. Et quod in probatione dicte conclusionis asserit quod propter indignitatem incredulorum fuit omne dominium etc. translatum in christianos scilicet adventum christi pro quo advertendum quod circa huiusmodi translationem reperiuntur opiniones contrarie et varie due videntur extreme et 3a media. prima quod licet in sacra scriptura christus quandoque dicatur rex non tamen cum quod de hoc habuit de bonis temporalibus est. habuit illud tamen petro non commisit et ideo suus vicarius non habet in eis potestatem. Ymmo dicunt quod christus accepit paupertatem maximam sicut et ceteros defectus etc. unde Jo. xviij regnum meum non est de hoc mundo etc. Alia opinio videtur esse in qua se fundare videtur dictus doctor que videtur ostendere quod in adventu christi in carne omnis iurisdictio potestas honor et dominium sit translata ab infidelibus ad christianos et prima huius contrarium sit manifestum scripture testimonium ut supra est allegatum.

Tercia est media quam tenent communiter Canoniste videlicet quod licet summum et universale huius mundi dominium sit a christo translatum in suum vicarium prout patebit in sequentibus. non tamen per istam translationem ius naturale gentium quo distincta sunt terrarum et regnorum dominia subalterna ut probatur. 1 di. ius gentium videtur in aliquo violatum unde b. tho. 2a 2e q. x. ar. x. dicit quod licet infideles non debent de novo constitui domini vel prelati fidelium propter periculum fidei tamen per hoc non tollitur dominium ipsorum ante preexistens sive fideles et dicit ipse super fideles ergo a fortiori super infideles quod dicit dominium et prelatio introducta sit ex iure humano scilicet ex iure gentium. Distinctio autem fidelium et infidelium est ex iure divino. Ius autem divinum quod est ex gratia non tollit ius humanum quod est ex naturali ratione et ideo infidelitas non repugnat dominio. Et licet iste auctor conclusionis predicte trahit sibi Oldra. et io. an. in testimonium ambo tamen isti determinant contrarium ipsum scilicet Oldra. in suis q. q. lxxij que incipit In contrarium sarracenos yspanie etc. et Jo. an. in c. si a subdelegato de offi. dele. li. vj sic glo. quod dicens scilicet quod iurisdictio est apud infideles et quod etiam posita ad hoc et legitur et notatur xxviij q. i c. i. ubi dicunt an. et io. quod quantum ad sinam excommunicationis nulla est potestas quod etiam sit in causis civilibus et criminalibus sina quod ecclesia habet firmitatem ut xi q. iij Julianus et hoc notatur xxviij q. i ij proa. et c. quisquis. Ex premissis constare videtur evidenter quod prefata conclusio est simpliciter falsa et non solum peccat in iure canonico sed est iuri naturali gratia et divino et sic hereticalis manifeste.

Tercia sua conclusio non curatur hic ponenti et ideo non datur sibi intitulo — *(margin:)* iij

P^a^ c^c^lo

Quarta conclusio Potestatem Imperialem quam habet Imperator sup xpianos eandem etiam de iure habet sup infideles maxime quo ad usu sive exercitium gladij materialis.

R^o.

Hec conclusio fundari videtur in alio extremorum contrariorum, quod concedat d. effectum ubi co clusione .4. falkinberg. Et circa hanc conclusionem materiam adviseat^r michi calupnia aliquorum. quasi scripta mea istius contraria regerint i diminuenz Imperialis ptatis tamquam erronea. Licet revera mea no essent s; magnorum utriusque Iuris doctorum ac Iurisperitorum Iuris canonici quos in hoc allegavi Et ideo ut veritas facilius videatur. pro intellectu huius materie clariori que rendum videtur hic de tribus. Primo Utrum omnes xpiani de Iure subesse debuerint aut debent Imperatori in temporalibus prout innuit dicta conclusio Et si sit. 2° Utrum etiam omnes Infideles Et si sic. 3° Utrum Imperator pro suo libito de iure possit disponere de rebus terris uel dominijs ipsorum tamquam dominus de rebus proprijs. quia in hoc videtur consistere cruciferorum de prussia fundamentum. De primo quesito videlicet Utrum omnes Reges uel principes xpiani etc. de Iure subiici debent Imperatori. opiniones sunt contrarie quarum quam pro parte negativa oldra. determinat d. sive. q. q. lopus loquens pro istis de Regibus yspanie et francie etc. et ibi vide de origine Imperij Et de hoc quesito non plus ad propositum Sed potius de 2°. Circa quod est ad vertendum quod quidam posuerunt duplicem ptatem sive superiorem in hoc mundo terrestri quarum unam dicunt non dependere ab alia. nec alteram esse subordinari alteri. s; utramque esse a deo immediate videlicet ptatem pape in spiritualibus et ptatem Imperatoris in temporalibus Et 2^m alios dicit quod licet Imperium sit institutum a deo tamen per homines scilicet per romanos xcvj di. cum ad verum ubi cum adverso i. xxxiij bentum est. nec Imperator Iura pontificum arrogat nec pontifex nomen Imperatoris usurpet Et in aut. ^ta de consuli. § fi. coll. iiij dicit Cum deus misit Imperatorem tamquam legem animatam in terris per quod arguitur quod Imperium est a deo Nam Imperium et sacerdotium a deo fuerunt d aute^ta quo oportet episcopos in principio colla. v. hinc est quod ipse dei filius recognoscens Iura Imperatoris celesti sibi ordinacione concessa soluit tributum Iubens que cesaris sunt dare cesari et que sunt dei deo etc. xxiij. et xi q. i. magnum Item allegatur illud conde gladium in vaginam Jo. xviij quod etiam allegatur per oppositio Item quod Imperator est dominus mundi etc. et sic de alijs multis. et 2^m istam opinionem procedit forte dicta conclusio Sed quam dicunt communiter Canoniste scilicet quod utraque Iurisdictio spiritualis et temporalis est d. ipsa. probatur xxiij di. c. i. cum dicit quod Iura celestis et terreni Imperij pro

De dualibus ptatibus

ſ' comiſſa Et p(re)ſ(en)ta opinione dicta doctor(um) aliquor(um) allegabo
Ind an de bu in c. nouit de iudi ſ(upe)r glo. ij conformando ſ(e) d(i)c(t)e glo. qui
idem determinat & hac mat(er)ia remittit qui ſi. ſ(upe)r legit. cum p(ost)ea o(mn)i. z c
per ven(er)abilem & rombus et plone p Jn. de ſe. tope lit. per do. p di. qui z
xcbj. di. cum ad(m)iſſo z c ij. duo. ij q vij & hijs ita. Et dicit q(uo)d hanc concluſi
one communiter canoniſte tenet d. m. f. card. flor(entinus) d(icit) q(uo)d concluſionem hanc
dicta approbauit put dictum eſt i(n) plib(us) c(apitu)lis maxime de ma(ioritate) et obe(dientia). ſolite
de iudi nouit. qui ſi. ſ(upe)r le. per ven(erabi)le(m) de elec. fundamenta. de re. iudi.
apliod li. bj. Et hoc h(abe)t antiquiſſima conſuetudo cuius contrarij no(n) e(st) memo(ri)a.
Et t(ame)n hanc p(otes)tatem p(a)pa ut ſuperior imperator(um) tranſtulit imperium de g(re)c(is)
in Germanos. put notat glo. ſ(upe)r v(er)bo tranſtulit de elec. per ven(er)abilem que
tranſlatio ſ(ac)ta fuit per Stepphanum p(a)p(a)m qui martirizat(us) fuit poſtea ut
h(abe)t(ur) i(n) ſpe hiſtori(a)li li. ze c. lbj. z ſ(equitur). Oportet igit(ur) fateri t(ame)n ipm q(uo)d im
perium depedeat a p(otes)tate p(a)pe Nam ad ipm ſpectat examinatio approbatio
et reiectio elec(ti) ad imperium Nam et electio imperator(is) p(er)tinet ad prin
cipes ſ(cilicet) Colonien(sem) Treueren(sem) Maguntin(um) z c qui enumerant(ur) de re. iudi.
aplite i(n) glo. pe. li. bj(ll)a. Et hoc de iure poſito per conceſſione p(a)pe. d(i)c(t)o c. per
ven(er)abilem licet o(mn)i hoc opponit de iud. i. n(atur)ali r(ati)one quod dictus Cardi(nalis)
improbat Illud aut(em) ius datum principib(us) p(re)d(i)c(t)is confirmatum eſt p(er) conſuetudine(m)
ſ(ecundum) Cardi(nalem). // P(re)terea ubi eſt aliq(ui)s diffi(cu)l(ta)s ſ(upe)r quo ſ(unt) opiniones dicunt docto
res q(uo)d ſtandum eſt dict(e) Eccl(esi)e ad hoc tep(ore) de conſue. c. fi. de iura. calump.
c. i. qui ſi. ſ(upe)r le. p ven(erabi)le(m) ubi de ipo caſu clarius et vide tep ut lite no(n) c(on)teſ(tata)
qui et no(n) de ſe. tope lit. et dicens coi(n) ex p(re)cepto dei mala mente debet
perire d(i)c(t)o c. p ven(er)abilem in quo c. d(icit) io. an. p(er) o(mn)i q(uo)d i(n) ambiguitate opio(n)u(m)
magis credendum eſt legi canonice q(uo)d d(icit) ab ſanctior(um) uel maior(um) . q(ui)a p(a)p(e) no(n)
alteri data eſt t(a)lis int(er)p(re)tatio dubior(um) vnde z imperator ad ipm recurrit
c. de ſuma. t(rinitate) l. fi. i(n) de o(mn)i. Et arguit ibi Abbas legyſtas qui i(n) ſimbo(lo) opi
no(n) ſtant caſui expreſſe terminato per decretalem. // Jo. vo de ligna(no) i(n) c ſolite
de ma(ioritate) et obe(dientia) d(icit) q(uo)d in hac m(ater)ia bi(n) inducunt(ur) leges et canones p(er) et con(tra) et
illis no(n) bene crederem q(ui)a p(a)p(a) facit decreta et imperator leges. et nullus
eſt ydoneus teſtis in cauſa ſua. Et ideo ondit r(ati)onib(us) ſuis et melius
in c. Nouit de iudi. ſ(upe)r glo. ij i(n) fine. ſ(cilicet) q(uo)d in p(a)pa ſit utraq(ue) p(otes)tas ſ(upe)r
argu(ment)o Suppono p(ri)mum q(uo)d vnica d(ebe)t ee principatus in vniuerſo i(n) ſimilib(us) et
dic(it) cencialc in vniuerſo dimitib(us) ſpe. impoſſi(bi)le eſt duo ee eque p(ri)ncipa(les)
q(ui)a ſi ee(n)t duo r(e)pugnantes inſurgeret deſtructio. ſ(i) pares ergo vnus
ſuperfluus. ſ(i) diſpares ergo bij no(n) ee(n)t equales. ſ(ed) imperator no(n) e(st) maior
q(ua)m p(a)pa. q(ui)a entia nolu(n)t male diſponi. mult(itu)do principatuum mala e(r)go vnus
princeps. h(abe)t(ur) deductio fuit ph(ilosoph)i xij metha(ph)ice ubi demrat vnum ee (pri)n(cipium) p(ri)mo

papalis est spiritualium imperialis temporalium. temporalia sunt ordinata ad spiritualia sicut ad instrumentum finem. i. q. iii. Si quis obiecerit. ergo papalis spiritualium et temporalium. tenet hec quia qui implicat finem et ordinata ad finem. ff. de procura. l. ad legatum et l. ad rem.

Confirmatur. papalis est quasi animarum imperialis corporalium. sed anima dominatur corpori sicut dominus servo ut in ii pol. dominus ergo domini est dominus servi tamen quia per regulam si vinco vincentem te vinco te. de accus. preterea autem li. vi. Confirma. papa est dominus anime et operationum eius. imperator corporis. corpus autem est instrumentum operationum anime. ergo et cetera tamen quia cum agens principale est perfectius instrumento operante secundum secans servi ii q. vii. c. Item Balaam. Item principatus pape est infusus a deo xxii di. in novo principatus imperialis ab homine xciii di. legimus. effectus autem immediatus dei excedit effectum humanum arguendo a nobilitate cause et sic nobilitate effectus. de eccle. missarum cum marthe. Item papa habet diadema potentem petra sicut vicarius Christi ergo habet diadema potestate. tenet hec quia qui vicarius habet idem consistorium cum ordinario de consue. c. ii. li. vi. Item demonstratur quod unus solus sit princeps quia principatus optimus est ubi unus principaliter principatur hoc demonstrat ii pol. et est ad instar yconomici ut scribitur in yconomica est ergo necesse habere unum solum principem in orbe hic non potest esse principatus imperialis ad quem nichil de spiritualibus ergo est papalis. Item arguitur Regimen terrestre debet esse uniforme regimini celesti cum ab illo dependeat secundum naturam de sit. tri. c. i. et q. metheor. et i. celi. sed in regimine celesti est devenire in genere corporum ad speram celeste nobilissimam ad cuius motum moventur omnes spere inferiores. sic in genere spiritualium est devenire ad primum nobilissimum a quo cuncta dependent ut c. statim allegato. sed nobilissimum corporeorum est instrumentum nobilissimum spiritualium cum ab illo procedant et spiritualia et corporalia. ergo sic in regimine terrestri est devenire ad principem temporalium et ille est imperator sic ad principem spiritualium et ille est papa. ergo imperator erit instrumentum pape. Item arguendo a luminibus sol illuminat die et nocte die per se nocte per instrumentum scilicet lunam. unde in xii baruch testatur aspectus luce ad solem variatur lumine lune. Ita papa de per se illuminat deum i. animam et nocte i. tenebrosa temporalia per instrumentum scilicet lunam imperatorem. Ex quibus infert Jo. de lignano quod papae potestas est una sola et imperialis quasi illius pedissequa. Jo. de lig. Ex quibus sequitur quod istius orbis terrestris Monarchia est apud vicarium Christi qui de iure habet utrumque gladium. ex quo quod habitu et origine iurisdictio fuit in eo in inter laicos sed iurisdictionem coercivam sive potestas actualis in meris temporalibus divino nutu per ecclesiam data fuit imperatori Rom. di. cum ad verum quod prosequendo d. Anto. de but. in c. licet de fo. compe. post Innoc. Et nec hoc ipse statuerunt summi pontifices sed origine sic statuta sunt

Deus enim a principio creavit celum et terram et omnia que in eis sunt angelicam et humanam naturam spiritualia et temporalia corporum quam perpetuam recepit sicut factor suam rem gubernare solet et bonum quod fecit. Item precepta dedit et transgredienti penam imposuit Gen. ij de pomo ligni etc. Corporis etiam peccantibus penam imposuit scilicet Ade et Eve Gen. iij. ad mulierem quam dixit etc. et ibi Ade quod etc. qualiter autem perscripsi dicendum usque ad Noe et tempore Noe cepit deus creaturas suas regere per ministros quorum primus fuit Noe de quo quod fuerit rector populi apparet quod dedit sibi gubernationem arche per quam significatur ecclesia Gen. vi° et vij°. Item quod cum Noe et filijs dedit victoriam et legem dedit Gen. ix ubi etiam licet non legatur sacerdotem fuisse, sacerdotis tamen officium exercuit statim post egressum arche antequam populus legem dedit Gen. viij ubi edificavit autem Noe altare quod officium sacerdotis est. Similiter Abraham et Cayn fecerant autem. In hac vicaria successerunt Judices patriarche Reges sacerdotes et alij qui pro tempore fuerunt in regimine populi Judeorum et sic duravit usque ad Christum qui fuit et est naturalis dominus et Rex noster de quo in ps. Deus iudicium tuum regi da etc. Et ysaie xxiij Dominus Judex ~~et Rex noster de~~ noster legifer dominus Rex noster. Et ipse Jhesus Christus vicarium suum constituit Petrum et successores suos quibus et dedit claves Regni celorum et cui dixit ei pasce oves meas et ideo quamvis in multis distincta sint officia et regimina mundi tamen quotienscumque necesse est recurrendum est ad papam, ut puta in dubijs vel ratione iniustitie allegate vel negligentie in iustitia ministranda ab Imperatore vel quocumque Judice seculari et in constitutione (an. de but.) // Sed posset hic dubitari ex quo ecclesia habet utrumque gladium potestate et habitu quare etiam non actu et executione. Secundo executionem gladij temporalis aliquid exercuit ecclesia per sacerdotes xxiij q. i. Illa ... quod minister novi testamenti est minister mansuetudinis et pacis unitatis sacrum non altaris significat unionem Christi et ecclesie quia significat unio anime ad corpus quod sicut anima vivificat corpus sic Christus per sacrum vivificat ecclesiam. Ideo executio gladij temporalis que dividit animam a corpore penes ministros sacramenti unitatis esse non debet. Adducit ad hoc Jo. an. de c. novit de iudi. et An. de but. in d. Jo. xviij Converte gladium tuum in vaginam et inducit Jo. an. B. Ber. ad Eugenium papam dicentem Aggredere subditos sed verbo et non facto quid usurpare gladium quem usurpare gladium temptes quem semel iussus es imponere in vaginam. et i. ad thy. iij. c. Oportet episcopum non esse percussorem dicit enim Ber. ubi supra gladium materialem habet papa nutu, Imperator iussu, miles usu vel manu. Et hoc est contra constitutionem Bonifacij que incipit unam sanctam (Nota de but. ubi supra et card. flor.) Et ideo in executione gladij temporalis transtulit ecclesia in Imperatorem et ceteros Reges et eo translato ecclesie non potest quod prius in alios transferre que nobis non liceat ...

7 ·q· ij e.or xj· q· iij te quidem Et enim hoc iurisdictio imperialis etiam procedit a
deo · quod voluntate dei fuit ut crearetur per imperatorem et hoc modo procedunt iura
que dicunt non se impedit de temporali iurisdictione nisi in certis causis etc. Et sic
intelligitur ille Canon cum ad vere ptclj di· verum alle· Et insuper quod
fuit in observancia ad tempus grecorum et quod tempus postquam Romani vendicaue
runt imperium procedunt ista argumenta per que aliquis inferri pt pro independencia
imperij a papa secundum dominum cardinalem ff· card· flor· qui eos notat in c· venerabilem de elec.
et multa ingenia se in hoc vexauerunt ut ouquirent modum monarchie
terrestre et perdiderunt plurimi libri et multe monarchie sed nulla disputatio
pt ec i vtilior etiam ipsum quod veritas est quod imperium compertum fuit Romanis
deficio per oppressione aliarum gencium sic et de aliis Regnis que habuerunt mo
narchiam ut fuit Regnum Babilonicum et Regnum macedonicum quod flo
ruit sub Allexandro et cartaginensem quod floruit cum hanibal super car
taginensem plurimis annis vastauit ytaliam ut patet in titulo de 2o bel
lo punico habetur etiam monarchia que nititur ostendere quod sic utriusque gladij potestas
fuit apud summum pontificem et in ve· testamento et in nouo · fuit et monarchia
alia quam copilauit dantes poeta florentinus Et quod fuit Gebelinus intebatur
ostendere quod imperium in nullo dependet a papa et propter illum tractatum fuit pe
combustione tamquam hereticus habetur· franc· card· Jnd· p· de Anc· in repeti
c· 1· de const· Sicut habent constitutionem distinctionis ec equum generali consideratam
quod due sunt iurisdictiones nec antiquis temporibus apparet hoc indubium renouatum
de ista maioritate et superioritate procedunt nostro tempore per discordias et dissensiones
exortas inter summos pontifices et imperatores declaratum est quod papa habet utriusque
gladium et superioritatem ad imperium et hinc est quod eum coronat et vngit
et quique deponit et hoc per iura nouissima probatur in c· ad apostolice de re iudi
li· vj et cle pastoralis ad fi· e· ti· et de iur iur· cle· 1· et plenius in ex
uagante Bonifacij viij que incipit vnam sanctam Item vacante imperio
succedit in iurisdictione seculari ut in c· licet de fo· co· et ibi no· p Anno· et
subdit p· de Anc· Sed dicit aliquis isti Romani pontifices statuerunt in
suum fauorem quibus non videtur credendum quod in re sua nullus debet esse iudex
neque testis neque arbiter ut · C· nequis in sua ca· in rub.o et in nigro et l·
nullus de testibus canonizata · ij· q· iiij etc· Ad hoc videtur Jmo in dicto
c· licet et quod sit laicis in c· per venerabilem qui fi· sunt le· et in summa c· ti· §· 1· ff·
hoc secundo ondit dicens · quod duplex est potestas spiritualis que est apud summum pontificem
et secularis est apud unum Regem ad hoc decretum · et quod c· pe· et vj· di· duo·
spiritualis autem potestas temporali in tribus dignitate vel maioritate antiquitate prius est
maior quam corpus de consta· c· ij· vnde Abraham patriarcha ut minor ab
tulit melchisedech decimas ut maiori Gen· xiiij· Imitatur illi melchise

ut maior fuit ut ad hebre. vij. Est prior institucione quia sacerdotium apud levitas
dedit propter legem scriptam de quo in c. translato. de consti. fa. ego. xxxviij. c. ista.
Item per sacerdotium deo ordinatum inicte fuit ordinata regalis potestas q. re viij. c.
infi. ubi dixit dominus ad Samuelem constitue super eos regem. Tercio est prior
auctoritate sive potestate quod spiritualis terrena instituit et iudicat ut dicit c. per venerabilem
ibi nescitis quod angelos iudicabitis quanto magis secularia. originalia ad Corin.
pa. vj. c. et xxxij. di. c. Ecce. Ulterius hoc probat ratione ordinis in dicta auct.
quo ordine episcopos in primo consueverunt eum digniora permitti. de ma. et obe. c. i.
et c. statuimus. Ordo hoc probat ratione subiecti, certum enim est quod quanto quis inter
homines prestat tanto maior resplendit in auct. de defen. civi. § nos igitur
sic ita cum propria prestat preponenda est omnibus rebus humanis quibus preest imperium
ut C. de sacro sanc. eccle. l. precipimus. Demum ista superioritate probat quod
in fidei simul eum ponere duo principia est hereticum xxiiij. q. i. c. pe. sic ponere
duos vicarios equales in terris hereticum videtur quo ad quos pertinet. Nisi igitur
hereticus videatur licet una sit fides. et sicut est unus deus immutabilis de sum. tri.
c. i. sic et unus sit vicarius summus in terris generalis. Non obstat quod precesserint ex
eodem principio et quod imperium simul et sacerdotium sit a deo. Nam imperium
est a deo non immediate sed per debitam et per subalternam emanacionem a vicario
ihesu christi et de hoc loquitur amplius ad Ro. xiij. c. Non est potestas nisi a deo
vel aliter imperium potest dici quadam separatione operationum temporalis a spirituali a deo
est disponente et volente quod hii gladii exerceantur per diversos sed ordinavit hos
gladios exercendum quodam ordine inter se hierarchico ut minor a maiori procedat.
Et quamquam de ista distinctione duarum dignitatum regum et inter que de divisione fo. sed
hic iuris ut dicit tex. in l. inter tutores ff. de adminis. tu. sic non solum hee
due potestates sed omnis est a deo etiam mala deo permittente. Unde christus in passione
pilato predixit Non haberes in me potestatem nisi esset tibi data desuper. Per hoc tamen
non tollitur ordo qui fit de unctione coronacione et aliis de quibus in cle. i. de
iure iur. Nam hic ordo servatur in regibus qui unguntur. de sac. unc. c. i. et
saul unctus a Samuele ut habetur i re. viij c. et i. q. ij. Iudices unde sicut de
ipsis ministris regis est unctio facta sacerdotibus multo magis de eo illius qui
super omnes reges est vii q. i. in apibus. Imperium ergo est a deo ut a causa
et a vicario dei tamquam a causa secunda et quodam agente instrumentali.

Non obstat etiam et in ipsum quod christus tributum solvit et que sunt cesaris
sibi dari mandavit. nam ipse solvit ut vitaret scandalum c. xxiij. c. et xxiij.
q. i. Iam vide Nam humanitate dixit que sunt cesaris et illa enim deo que
est relata ut l. i. ff. de sum. tri. Non ergo omnia sibi dari iussit sed que
sua sunt que non omnia. Et notandum quod de hoc interrogatus precepit sibi dari
numisma et interrogavit cuius esset ymago et responsum fuit cesaris. Et dixit

Reddite que sunt cesaris cesari per hoc iubens sibi reddi ymaginem suam et forte sic voluit ut scandalum euitaret. Non ob. eciam quod petrus prohibuit uti gladio quia non iussit ut abiceret sed ut in vaginam conderet imperauit quod exercicium inferens non in proprium prohibens et quod ymo quod alia autem colligitur vtrumque gladium esse penes eccam per ista verba dicit duo gladij hic scilicet in eccam et non dixit sufficit alterum sed satis sufficit etc

Ulterius querunt idem p. de Ancona in quo consistat maioritas illa pape ad imperatorem et dicit quod consistit primo in eo quod dicit de approbatione vnccione et consecratione per que exercitium ad ministracionem consequitur licet alij tenent quod ante approbacionem possit administrare vt no. in cle. i. de iure iur. et plene per oldra. q. 21. Secundo consistit in maxima difficultate pro qua romana religio tota alterius possit grauissima detrimenta pati vt quorum in c. pastoralis de re iudi. in cle. et in dicto c. per venerabilem q. filij sint legitimi. In hijs enim arduis casibus qui occurrunt necesse fuit per vnum rei publice prouideri l. ij. § nouissime ff. de orig. iur. et c. per venerabilem quod sit legitimi. In noua c. quod sit legitimi li. vj. sa. quod no. io. an. in dicto c. per venerabilem sit vbi casualiter in nouel. et c. quod sit hijs de voto in glo. mag. et credimus in primo strictius et pro de filiis aut in nouel. vbi vero ista difficultas et negociorum grauitas non occurrit hoc locum contraria ut personis rebus et causis ecclesiasticis presit papa et in ipsis canones seruentur laycis autem causis et causis rebus ipsorum presit imperator et ipsique leges obseruentur vt l. leges sacratissime. C. de legibus et hoc modo inter eos potestas inter eos et iurisdictio sunt distincte et concludit quod potestates quo ad operacionem sunt distincte sed quo ad principalitatem beato petro vtraque est concessa. sed exercicium gladij temporalis per ipsum committit imperatori hec p. de Ancona.

faciunt contra conclusionem predictam et solvit p distinccionem supradictam quod omnia
debent intelligi contra ipsum de hijs qui dominium ecclie vel Imperii recog
noscunt

Conclusio xma e simpliciter falsa cum suis probacionibus et iustificans
pugnam Cruciferorum iniustam et directe legi divine contrariam tamquam
defendens errorem e in bonis moribus erronea et in fide et ideo etiam
hereticalis ut vr Patet falsitas ex supposito supponitur enim quod omnes
tales infideles sunt blasphemi ydolatre psecutores xpianorum et oc
cupatores terrarum ipsorum etc quod cum de isto in iure non appareat intelligi
de iure non ee verum quod dr p iura superius allegata et p consequens conclusio
absolute e neganda Non enim dicti infideles intelliguntur de iure
impedire fidem deum blasphemare etc nisi de hoc appareat quia
tales proposiciones que ad factum resolvuntur et verificande sunt ex facto non possunt
dici vere nisi de veritate facti appareat quod fieri contingit dupliciter aut ad
sensum aut ad intellectum Et quia ad sensum hoc nobis non pt apparere
nisi solum illis qui sensibus corporalibus aut viderunt eos colere

ydola aut audiuerint deum blasphemari etc. Nec etiam ad intellectum
de hoc constat non deciditur per viam iusticie et per declaracionem in iure le-
gitimam. Cum igitur de predictis nec habeatur euidencia sit sensibus
exterioribus nec euidens iuris que est euidencia intellectus non potest dici
vera aut notissima prout iste scripsit in suis probacionibus 1a etc.
Ex quibus euidenter patet hoc dictum esse erroneum in continuum allegatum
ad excusandum expugnaciones in paganis videlicet quod in huiusmodi omnia concurrunt
que ad qualificacionem iusti belli requiruntur cum in contrarium sit
veritas nam omnia hic deficiunt que ad iustum bellum requiruntur
ymmo omnia que iniustum bellum faciunt hic concurrunt videlicet auctoritas
res causa animus et persona xxiii q. ii in summa. Cum non potest dici
hic interuenisse auctoritas cum per falsas bullas de ea non potest apparere et si ap-
pareret error superioris minime excusaret secundum hostiensem in summa de treuga
et pace § 1. et Item error. Sed nec talis milicia est pro rebus repe-
tendis vel pro defensione patrie sed causa pro terris infidelium acquirendis
et ipsorum subiectione et exterminacione ut patet ex ipsorum articulis et
his auditis et hoc modo militare peccatum est quod probatur xxiii q. i mi-
litare ubi dicitur secundum Augustinum quod militare non est delictum sed propter
predam militare peccatum est nec rempublicam gerere criminosum est sed ideo gerere
rempublicam ut diuicias augeas dampnabile videtur. Est etiam iniustum
ex causa quia non pugnatur hic ex necessitate aliqua que necessitas est causa
iusti belli sed sola voluntate contra Augustinum dicentem Ergo pacem habere vo-
luntatis bellum autem debet esse necessitatis. Non enim pax queritur ut bellum
exerceatur sed bellum geritur ut pax acquiratur xxiii q. i noli exi-
stimare. Insuper est iniustum ex animo videlicet quia non solum dominandi li-
bidine et subiciendi sibi partes infidelium sed etiam aliena taliter
rapiendi et occupandi et tale bellum est culpabile e ca et q. que
culpatur ubi dicitur quod in bello sunt quedam reprehendenda scilicet no-
cendi cupiditas ulciscendi crudelitas libido dominandi etc. Ex
racione personarum est iniustum que se religiosas pretendunt quia si a-
liis religionem vel regulam non professis talis milicia esset dampna-
bilis forcius regularibus contra sue professionis. Et posito sine pre-
iudicio veritatis quod pugnare cum infidelibus non recognoscentibus impe-
rium etc. pro recuperacione terrarum vel Romanum Imperium etc. ut hic preten-
ditur esset licitum aut iustum non tamen hoc pertinet aut pertinere posset
ad religiosos sed pocius seculares ad milites quia iste actus non est

religionis cuius est omnia immediate dirigit ad honorem dei et diuinum cul-
tum Hec autem milicia dirigit ad ſeipſum et ad ſuum priuatum comodum ſcilicet
vt immediate ſibi deos infideles ſubiciat et pro ſe ipſorum dominia retineat
vt ex hiis ipſorum et articulis ſecundum beatum Bern. ad templarios milites ſcri-
bens dicit talem miliciam eſſe ſecularem non religioſam ſic inquiens
primo c. O vera ſancta et tuta milicia atque a duplici illo periculo prorſus
libera quo id hominum genus ſolet frequenter periclitari vbi dumtaxat
christus non eſt cauſa militandi Quociens namque congrederis tu qui miliciam
militas ſecularem timendum omnino ne aut hoſtem quidem in corpore
te vero in anima aut tu forte occidaris ab illo et in corpore ſimul et in anima
Ex cordis nempe affectu non belli euentu penſatur vel periculum vel
victoria christiani etc. Et quia talis pugna vel milicia que eſt ad ob-
tinendum aliquid temporale eſt contra ſtatum religionis

n f. 285

publicam potestate cui cura comunitat̃ comissa est malefactores occidere
In quo doctor . pe . de tarā . in scripto super 3o smarum d. xxxvij Allex.r &
halis v 3a pte sue sume / et alij doctores comuniter. Calr de illa con-
clusione est dicendu . Cum polonos et eorum Regem p deo occidunt faciunt
opa pietat̃ absolute est h̃etica . sed ista Cruciferi consules huius ciuitat̃
p deo occidunt faciunt opa pietat̃ . Et sūt legis dīne pcepta . vt dictū est
et g.o nō pnt ee ppt deum .
Ex quibz euident pz q talia vba in fraudem et in fauorē h̃esim pdictorum
sūt apposita . Iura enim magis mente considerant q̃ verba xxxviij . q . sedulo .
) . q . i . marchion cum multis sī Cum nō intencio vbis . s̃ vba intentōi
seruire debent . de v sig. ptea et . c . in hijs . Et ergo vbi de intencōne sbdolu
constat . pprietas vborum nō est curanda . ut dicunt dicta Iura . cū sī . Et sūt acci^di
sedm intentionē promulgantis / & ca intelligencia vborum ex causis est assu^di
dicendi pbat tex . de v . sig . intelligencia . Et q hic clare constat de prīsa in-
tencōne pfenti . qui nitit.r ad extminiu polonorum et Regis p falites et
caliūpnias . iam dotendo . iam deum p eis dēptando . qui hoc facerent In-
pudicas canes eos asserendo Rege alio noīe q̃ est sibi impositu d bap.mo
dēppte noiando / et atrocissimas alias Iniurias irrogando . Et ergo co-
stat manifeste q pdca vba p colore ad palliandu h̃esim sūt expressa .

Et quia dixi q p̃fate conclusiones absolute et ppe sūt h̃etice Nam lic
aliquid esse heticum plibus modis capit.r . vt xxiiij . q . iij § . qua vo 2 dc.
firmissime dehe . h̃esis tn 2m B . tho . 2.a 2.e q . xi . ar . i . ppe consistit circa ea q
sūt re a xpo tradita . / cu quis nō eligit ea quibz xpo assenciat . s̃ q.e s̃ ppa
mens suggerit Vnde diffinit.r taliter h̃esis est dogma fl̃m catho.ce vti
cōrrarium et est de mente Ieronimi xxiiij . q . iij hes.
Circa aūt veritate catholicam . que est fides nra . est ea considerare q̃ queda
p modum pmorum pnciporum vt sūt artli fidei . Queda p modū conclusionum
vt sūt alie vitates similes lege dīna nobis demonstrare z i canonē Biblie co-
phense / 2o quecunq scripta p declaracōne fidei . sed sūt scripta sanctorum doctorum
sacra scripturam exponentiu . vel q sūt pmulgata p instruccōne & pstabili-
mēto fidelium sicud sūt dīuisa decreta et decretales Eple Et sedm h
ta h̃esis consueuit capi tpliciter sz strictissime put est dogma flm
articulis fidei cōtrariū xxiiij . q . i . hec est fides . Scdo nō sic stricte pt
est dog . flm dīne legi cōtrariū vt dco . c . hes . Et q in dīna lege nō nisi
veritates fide credibiles cōtinentur / q q repugnat dīne legi hoc re-
pugnat nre fidei Nam sed scia est habitus firmis z veris p demonstrat̃

acquisita et iii aristoteles 2o posteriorum Sic fides est habitus firmus et verus per auditum verbi dei acquisitus Eo quod et iii Ad Ro. x c. ffides est ex auditu. auditus autem per verbum dei Et vocatur verbum dei sacra scriptura predicata siue lecta inspirata inspirata uel per studium acquisita.

2o heresis accipitur largo sumpto vocabulo prout est dogma sumptum dei statuta ut decreta sanctorum patrum aut determinationi Ecclesie contrarium quod probatur xix di. nulli fas et xxiv q. ij. Si quis dogmata

Ex quibus dictis sequitur euidenter quod doctrina conclusionum predictarum non est tantum simpliciter sed est duplex heresis. et duplex heretica. patet quia non solum diuine legi contraria Sed etiam legi canonice et ecclesiastice instituto prout patet de homicidio per Iuliani li. vj et in multis alijs passibus

Cum igitur media sapiunt naturam suorum extremorum quod patet. xlv di. disciplina. de dona. cum apostolica cum si Et multe alie conclusiones huiusmodi sunt tamquam media ad inferendum finaliter dictas conclusiones hereticas Sequitur quod omnes tales dictiones sapiunt heresim. sicut sunt iste Rex et poloni sunt persecutores Ecclesie sunt ydolatre sunt sacrilegij sunt heretici et quod omnes tales licet non sint heretice sapiunt tamen heresim in ordine ad finem ad quem sunt. Et denominando totum a suo principali quod intenditur tota ista doctrina possit dici heretica.

Conclusio expositiua. Ista hec doctrina non solum est falsa et erronea sed inquantum diuine legi repugnat est heretica impia et insana. inquantum suadet sic homicidia iniusta et iniuste fieri est periculosa. scandalosa temeraria et crudelis. inquantum tollit polonis licitam defensionem quod Ius naturale est sediciosa iniuriosa et pollicie turbatiua et per consequens piarum aurium offensiua et pro tali condempnanda.

ad f° 28[illegible]

q talis impugnacio illicita usurpacione rei aliene furtum includit et rapi-
nam errat etc

Conclo xix In festo purificationis et etiam assumpcionis sancte marie licitum
est fratribus de domo theutonicorum adversus infideles bellare vel ad bella
procedere

Conclo xx Dampnata heresis est dicere q poloni cum eorum Rege et duces eciam
auxilio infidelium licite vastaverunt et tenent eciam dictos fratres et qui eis
erant dampnum Et in alio tractatu Accipe gladium sic dicit Dampnata
heresis est dicere q Rex polonorum licite per auxilium infidelium fratres de domo
theutonicorum oppugnavit Et loquitur de oppugnatione anno domini anno x° x°
die xv mensis Julii inchoata. hanc conclusionem nititur probare multis racionibus
que sunt in alio tractatu contra polonos Item dicit in 7ta probacione sic
Certissimum est q poloni cum eorum Rege et duces in hoc q eciam auxilio
infidelium vastaverunt constituerunt dyabolo et ergo vere est quod 9° dicit
Item in probacione viij dicit Ex doctrina pauli manifesta heresis est scilicet illa
Q princeps christianus necesitate iminente sine peccato ad sui defensionem et sue
terre uti potest auxilio infidelium non solum sibi subiectorum sed eciam aliorum
intelligendo de infidelibus pacificis non hostibus nobiscum cohabitantibus active
vel passive Et in fine sic dicit Et hinc quidem heresis et aliorum errorum
quos in favorem paganorum et humiliacionem christianorum paulus inveniet plures
quos nominat aspitore ideo illi quemadmodum ipse omnes condempnandi sunt
et minime allegandi / Et attende q per similes raciones quas inducit
hic usque in fine libri deducitur q nullus princeps posset licite debellare christianos aliquos per auxilium quorumcumque hominum quos sciret esse
peccatores et adversarios dei sine caritate que facit amicum dei
Attendas eciam q conuocat de isto nomine Eccam qui dicit q poloni etc
oppugnaverunt Ecclesiam

Conclusio xxj Pro dampnis omnibus et singulis que auxilio
infidelium poloni cum eorum Rege et duces fratribus de domo theutonicorum et eorum
subditis irrogaverunt tenentur eis de necessitate salutis satisfacere

Conclo xxij Xpiani qui cum polonis cum eorum Rege et ducibus auxilio
infidelium adversus fratres de domo theutonicorum bellantes sunt mortui
omnes ad eterne dampnacionis descenderunt amaritudinem, Circa dictam q doce

in pctō mortali sꝫ mortui / et mi^me pcās est est orandum.

Conclusio xxiiij poloni corꝫ Reges et duces corona Regni meruerunt amittere Et in pbatione 2a dicit qꝫ poloni corꝫ Reges et duces sꝫ exheredatores hostes Et ce et amplius eam leserunt qꝫ ipi infideles Et notandum qꝫ fundat istas tres conclusiones in ponibꝫ addendo iniurias atrocissimas et inducendo media que ad manifestum errorem ptinent si omnie sic reputarent bone. Item notandum spalit hec cla que incipit Deus qui no est indutus vestimento ultionis &c post ad 2a pbatione.

Primo respondetur sup terris Pomeranie Colmen Michalowen et aliis circa flumie Visle in Regno Polonie q ordo fulcitus est pluribus pvilegiis et litis autenticis prime cond Reg Bohemie et Vngarie Johis et karoli dnatorum qui fuerunt arbitri et arbitratores inter Regem kazimirum et Regnum Polonie ab una et magrum et ordinem ptibus exalta.

Item pfati Regis kazimiri

Item ducum Mazonie

Item omn platorum Regni Polonie

Item omn notabilium civitatum Regni Polonie

Item abbatum et Abbatissarum Regni Polonie

Item litas confirmacoins moderni dni Regis Polonie omn pvilegiorum que ordo habet a suis pdecessoribus et Regno Polonie

Item litam sup ppetua pace facta int modernum dnm Regem Polo et ordinem an Thorun

Ite copmissum et punctuacom moderni dni Regis Romanorum et Vngarie Vigore cuius dcas litas pacis in omnibus et articulis et punctis ppetuas declarat et confirmat etc. / quod etiam per Snias diffinitivas legatorum sedis aplice fuit declaratum nec aliis de hac qo mota erat que sine nulla apptione suspensive in rem transivit iudicatam

Advertant prudentes viri diligenter q iste rusiones dnorum Cruciferorum n eos relevant, nec in aliqua iustificant sed potius ipsorum iniusticia q fouerunt atque semper atque fovent arguunt et declarant.

Et primo in eo q dicunt, q ordo ipsorum sit fulcitus pvilegiis et litis autenticis super terris de qbus agitur, qd utique prima facie verum non apparet. Nam si talia haberent vel eos relevare possent si hrent, illa in prompto habuissent, psertim ad istam gardiam faciendam. Si eam facere voluissent aut vellent tum no ignorent q ptiti[ub] discordia vertitur super dictis tris. Nec sufficiat dictis fratribus solo vba sed necesse hnt realiter iustificare suum titulum et adh venire sine dubio, de Jure compellerentur maxime cu sr eisdem tris domini Regis Polo intencio de Jure com est fundata, cu sit notorium q intra limites regni polo dicte terre sunt contente et semper erunt antequam

iustificaverint in istis partibus dicti fres. / Secundo adducunt p v quod ~~admisistrandum~~ hic allegant talia vero ptendentes iustificare suum titulum in eisdem terris, per que iustificarent nullomodo pt. Nam primo allegant duas Snias arbitramentales vz primam Bohemie et Vngarie Regum, Secdam Regis Vngarie per quas non potuit neque pt eis dari titulus, quia Snia diffitia non dat aliu titulu sed declarat — forcius non dabit arbitralis vel arbitramentalis, que non declarat aliquem taliter Jus habere cum talibus Sniis statuere, solum metu pene. ~~Tercio allegant duplicem intervenisse concordiam inter Reges Polonie ex una, et ipsos fres, prima Regis Kazimiri, scda Regis moderni ante Thorun facta cui maxime innititur~~. Nec dicta Snia arbitralis sive arbitramentalis Bohemie et Vngarie Regum etiam si alias de Jure valet. qd non creditur pt facere dictas tras non esse intra limites Regni polo aut dictos fratres eximere a Jurisdicone Regis polonie, quin ipsi debent recognoscere de Jure et tenent Regem polonie tamqm suum superiorem, nec unquam huius Snia emologata fuerat a partibus, quin imo Reges polo pro tpe existentes, nunq recedere voluerunt, a titulo, et pp hoc diversse discordie hinc inde sepius sunt orte. / Tercio ad iustificandum suum titulum allegant duplicem intervenisse concordiam, inter Reges polonie ex una, et ipsos fres, primam Regis Kazimiri, scdam Regis moderni ante Thorun factam cui maxime innititur. Que quidem concordie sive litas non conferunt titulum alias non habenti cum de hac non agebatur in eisdem litis. Sed agebatur de pace ppetua hinc inde observanda q dicti fratres diversimode violarunt et sepissime, primo pdictam concordiam Kazimiri sine litas quas se habere pretendunt, sigillatas Sigillis, tam ducum quam prelatorum et Baronum etc. Regni polonie violaverunt dissidantes patentibus suis litis Regem et omnes supradictos, Regnumque Polonie, dissidacione

facta cum suis exercitibus banderiis erectis atrocissime vastarunt ipsumque Regem et omnes subdictos sepissime dictis iniuriis offenderunt et sic ab illa parte perpetua recesserunt, et sic eos hujusmodi litere concordie non relevant, cum de Iure ita est, ei frangenti fidem etiam si esset iurata, fides frangatur eidem Iura de hoc varia patentibus non expedit allegare, que melius vos ipsi nostis. Et idem penitus est dicendum de literis concordie, facte ante Thorun per quas maxime nituntur se tueri dicti fratres volentes, quod dominus rex Polonie cogatur eis servare pacta que ipsi sibi servare minime voluerunt contravenientes factis, et vastantes terras regni Polonie, prout hoc est notorium. Nec ipsi hoc aliquo inficiari possunt. Nec eos aliis dicta concordia Thorunensis sive littere possunt in aliquo relevare, cum tales litere sicut ipso Iure nulle tamquam continentes errorem manifestum divini Iuris et humani, cum in ipsis agitur de conversione infidelium ad fidem christianam mediante gladio et materiali, quod non licet, cum sit prohibitum per concilium generale de quo in c. cum sincera xl. v. di. ~~vel~~ dicto Rursum quia agitur in ipsis de occupatione terrarum et possessionum ipsorum infidelium sine iusta causa, quod est contra ius naturale et divinum. Cum etiam quia dicte litere manifestam iniquitatem continent in eo quod omnia dampna hincinde subditis utriusque partis irrogata remittuntur, consensu eorundem subditorum et voluntate minime accedente, quod utique est iniquum et iniustum, et hac vero nisi aliter pax haberi non posset, quia tunc ex hac causa tamquam urgenti videtur valere transactio prout notat hos. in summa de pe. et re. § quibus et qualiter ad fi. ver. Sed pone quod guerra, Sed ista causa esset hic inserenda prout dictum et aliter, quod ex parte iniuste impugnantis, cum hujusmodi sit isti fratres quibus non licuit dare causam istis guerris, prout dederunt, primo per suam diffidacionem, Secundo per diffidacionis realem execucionem, per concordiam hujusmodi sive per talem promissionem dampnorum seu liberacionem etiam pro bono pacis factam, non purgatur peccatum possidencium bona sic deperdita, nec consequenter et quittacio per tales absolucionem aperto, quia pro quorum dampnis non possunt agere, nec ipsa remittere, sicut Inno. et alios doctores per ipsum in c. Sicut de iu. iurando. Idem dicit hos. quando est dubium de iniusticia belli.

+ Et tam hoc est advertendum quod licet caveatur in eadem concordia quod super quibuscumque alios reg dissensionibus debet veniri ad xii viros et tandem ad papam et .. pres. ... dissensionibus orte per eandem concordiam, compromittens in Regem Polonie, nunquam ... in concilium generale constanciense et eciam in plures alios prout constat parcium literis ... nunquam fratres istam concordiam in aliquo observabat, Immo nec fratres volunt ... contradicere domino Regi Polonie per expressum eciam re integra et post, quod non volunt.

Item specialiter super terra Colmensi respondetur quod ordo habet literas ducum Mazovie donacionis eiusdem

Item confirmaciones speciales et Imperiales super donacionibus et literis eisdem

Item super Castro Dobrzino respondetur quod spectabat ad Marchiam Brandburgensem et illa racione dominus Rex modernus ungarie prout etiam Marchio Brandburgensis super sit domino generali quod defensio feudi spectavit ad eum tamquam ad Marchionem Brandburgensem

Item ordo emit illud Castrum a quodam olico von der hast dictorum dominorum feudi super quibus et empcionis literas eciam et feudo ordo habet bonas literas

Item super limitibus dictorum dominorum Mazovie inspiciantur litere super hujusmodi limitibus. et si ibi sit aliqua differencia seu defectus ordo fert se ad amicabilem composicionem

Item super Castro Nyemel respondetur quod nunquam spectavit ad terram Zamuthorum sed ad terram Curonie et ordo habet bonas literas quod ad eum spectat

Item ad estimaciones dampnorum et penarum etc. respondetur quod ipse ordo plura dampna passus est.

Etiam respondetur quod Rex et regnum vicerunt per eum et non ordo.

Tandem etiam allegant hic triplicem confirmacionem, per quam etiam iustificare predictum titulum terrarum predictarum, videlicet confirmacionem Regis moderni Polonie, qui dicitur confirmasse ipsorum omnia privilegia, Secundo confirmacionem sedis Apostolice, Tercio confirmacionem Imperialem quecumque confirmacionem, non possunt etiam eis dare titulum, Sed si iustum reperient, illud confirmant, Quia iustum titulum prius eos habere presupponunt, Quarto pro iustificacione tituli quantum ad ducatum sive terram Culmensem allegant donacionem ducum Mazovie, quam non habent sine dubio, nec est verisimile quod duces Mazovie donavissent eis ducatum sive Comitatum Culmensem licet quesitum

Sequuntur Articuli continentes terras Culmensem Pomeranie et Michalowiensem ac etiam depositiones testium super ipsis publicate et redacte ad publica Instrumenta ex originali Registro cause Regis Kazimiri contra Cruciferos extracti

Et licet in originali ponantur triginta Articuli continentes plures terras occupatas et per Cruciferos una cum multa dampna ac magna illata per eosdem tamen hic non pono alios nisi dumtaxat continentes dictas terras

Articuli terre Culmensis — In primis probare intendit Quod terra Culmensis cum omni districtu et territorio suo et cum Civitate Culmensi Torunensi una cum omnibus opidis Castris villis sitis et locatis infra dictum Territorium Culmense a flumine Wisla usque ad flumen Ossa vulgariter nuncupatum pertinet ab antiquo ad Regnum polonie et est sita infra metas eiusdem Regni et quod principes polonie qui pro tempore fuerunt ipsam possederunt nomine Regni eiusdem et quod de hoc est publica vox et fama — i

Item probare intendit Quod homines habitantes infra Regnum polonie et nulli alii eidem Regno continentes tenentur sedi apostolice ad solvendum annis singulis denarium beati Petri tamquam censum eidem sedi de ipso Regno debitum et quod hoc est notorium — ii

Item probare intendit quod homines habitantes infra idem territorium Culmense et pro loco supranominato solvunt domino pape et ecclesie Romane denarium beati petri tamquam censum eidem ecclesie debitum per Regnum polonie et tamquam pro Regno eiusdem pro dictis Cruciferis indebite detentum — iii

[...]ticulo [...]al terre — Item probare intendit Quod ducatus et terra Pomeranie cum omnibus territoriis et districtibus sitis et locatis infra ipsum scilicet Gdansk Swiecze Slupsk Thczew Stalgart Chojna una cum aliis opidis Castris et villis infra ducatum pomeranie constitutis sunt site infra Regnum predictum polonie et ad ipsum Regnum pertinet ab antiquo et quod hoc est notorium — iiii

Item probare intendit Quod totus ducatus Pomeranie cum omnibus suis locis predictis est de diocesibus Gneznensi et wladislaviensi Ecclesiarum que sunt infra Regnum polonie et Gneznensem provinciam ad quas et Gneznensem et wladislaviensem Ecclesias et ad earum Episcopos pro tempore spiritualium decimarum per Pomeraniam pertinet et possidetur ab ipsis ab antiquo usque modo et quod hoc est notorium publicum et manifestum — v

vi Item probare intendit quod dictus wladislaus clare memorie olim polonie
Rex pater prefati domini kazimiri polonie moderni Regis memoratam terram
Pomeranie cum eius pertinentiis possedit tamquam propriam nomine Regni
polonie et quod de hoc est publica vox et fama

Item probare intendit quod magister et fratres Cruciferi de prussia ordinis
vii antedicti qui pro tempore fuerunt per violentiam et cum valido exercitu erectis
vexillis et cum strage multorum militum et hominum dicti Regis wladislai
occupaverunt et deinceps detinuerunt occupatam terram predictam et du-
catum pomeranie cum magno dampno eiusdem Regni et quod hoc est
notorium quod dampnum se extendit usque quadraginta quinque mi-
lia marcarum polonicalium ponderis et monete

Item probare intendit quod pro recuperandis predictis dominos Janislaum Gneznensem
viii Archiepiscopum et domaratum olim poznaniensem episcopum ac dominum Nicolaum
Abbatem monasterii de mogilno Gneznensis diocesis tunc a sanctissimo patre domino
Johanne papa xxii super hoc specialiter deputatos factis iuris ordine
et iuris processibus sententia diffinitiva lata est ante xvi annos que dudum
in rem transivit iudicatam super terra sive ducatu pomeranie predicte clare
memorie domino wladislao olim polonie Rege patre Serenissimi domini
kazimiri nunc Regis polonie et contra magistrum et fratres ordinis sancte
Marie Theutonicorum de prussia eiusdem ducatus iniustos detentores
qui pro tempore illo erant per quam sententiam idem ducatus pomeranie dicto Regi
wladislao restituendus adiudicatus est cum fructibus inde perceptis
et qui percipi potuerunt et cum litis expensis que per iudices ante-
dictos taxate sunt ad triginta tria milia marcarum et subsecuto
iuramento partis solvata

ix
Tres sequentes articuli
concernunt terram michalo[vie]
Item probare intendit quod terra michalouiensis cum territorio et districtu
et attinentiis eius est sita infra Regnum polonie et pertinet ab
antiquo ad ipsum Regnum et quod hoc est notorium

x Item probare intendit quod magister et fratres Cruciferi de prussia ordinis supradicti
qui pro tempore fuerunt et nunc sunt ipsam possederunt et tenuerunt et possi-
dent et tenent nomine pignoris cum omnibus proventibus utilitatibus fructibus et
pertinentiis a xxx annis citra et quod hoc est notorium

Item probare intendit quod ipsi sunt infra dictos annos de eisdem terre fructibus
xi utilitatibus et proventibus usque et ultra duodecim Centenaria marcarum
polonicalium ponderis et monete

Sequuntur dicta testium citatorum iuratorum et examinatorum et non sunt servando ordinem secundum que examinati fuerant pro a senioribus incipiendo summatis et breviatis ac permodum summe ut facilius quilibet videant

Jaroslaus Gneznensis

Primus testis Reverendus in Christo pater dominus Jaroslaus Archiepiscopus Gneznensis super primo articulo interrogatus dixit verum esse prout in eodem articulo continetur interrogatus de causa scientie dixit quia semper audivit a suis maioribus et antiquioribus videlicet a domino Jacobo olim Archiepiscopo Gneznensi predecessore suo et ab aliis militibus et nobilibus Regni polonie quod Regnum polonie extenditur usque ad flumen Ossa et dicta terra Culmensis est de Regno polonie et infra ipsum Regnum. Et semper ab antiquis principes polonie eam tenuerunt et possederunt quousque dux Conradus dominus dicte terre Culmensis eam concessit Cruciferis de prussia pro expugnatione infidelium prutenorum qui erant in circuitu dicte terre Culmensis quibus expugnatis et subiugatis debebant dictam terram restituere sibi vel suis heredibus ut dixit. Dixit etiam quod vidit litteras illius ducis Conradi protestatorias apud dominum Wanconem ducem ploczensem qui fuit nepos dicti ducis Conradi in quibus continebatur hoc quod dictum est supra. Dixit etiam quod de predictis est publica vox et fama — deponit super terra Culmensi

Item super secundo articulo interrogatus dixit verum esse prout in articulo interrogatus quomodo scit dixit quia ipse Archiepiscopus semper audivit quod denarius beati petri in Regno polonie solvitur et solvebatur. Et ipse dominus Archiepiscopus recepit eum per quadraginta annos et adhuc solvitur. Et numquam audivit quod extra limites Regni polonie solvatur ut dixit etiam esse notorium apud homines

Item super tercio articulo dixit verum esse que in ipso continentur interrogatus de causa scientie dixit quod ipse scit quod ab antiquo solvebatur dictus denarius beati petri in dicta terra Culmensi sicut in terra que est infra Regnum et de Regno polonie licet post cessaverunt eum solvere et recusaverunt tamen quia propter hoc fuerunt excommunicati nunc solvunt et compelluntur solvere sicut illi qui sunt de Regno polonie et infra ipsum Regnum et tamquam in terra que est pro Regno polonie ut dixit interrogatus quomodo scit quod modo solvatur dixit quod audivit a collectore domini nostri pape in Cracovia et a domino episcopo Cuyaviensi

Item super iiii articulo interrogatus dixit verum esse quod ducatus et terra pomeranie est infra Regnum polonie et pertinet ac pertinuit ad Regnum polonie semper ab antiquo de quo memoria hominum in contrarium non existit interrogatus quomodo scit dixit quia per principes polonie fuit possessa et ipse dominus Archiepiscopus recordatur quod dominus Rex premislius quondam eam tenuit et possedit pacifice et quiete sicut Rex polonie et nomine corone Regni polonie et post eum dominus Wladislaus Rex et pater prefati domini Kazimiri Regis et est notorium apud omnes homines quod nulla potest tergiversatione celari — hic deponit super terra Pomeranie

It[em] s[upe]r quinto Arti[cu]lo int[er]rogat[us] dix[it] v[er]a esse que in ip[s]o [con]tinet[ur] int[er]rogat[us] de ca[usa]
s[cienti]e dixit q[uod] Archiep[iscop]i Gneznen[sis] qui fuit p[ro] t[em]p[o]re antecessor[es] sui ponebat
ibi Archidiaconu[m] qui vocabat[ur] Archidiaconu[s] pomeran[ie]. Et ip[s]e d[omi]n[u]s
Archiep[iscopu]s recordat[ur] de duob[us] Archidiacon[is] d[i]c[t]e t[er]re v[idelicet] de Joh[ann]e d[ic]to Skorek
et de alio d[ic]to Boxa qui vocabat[ur] Archidiaconu[s] pomer[anie]. dix[it] et[iam] q[uod]
recordat[ur] q[uod] f[rate]r Dominic[us] Machlen[sis] Ep[iscop]us et f[rate]r paulus Ep[iscop]us Stopolen[sis]
vicarii Archiep[iscop]i Gneznen[sis] qui t[un]c erat tenebat d[i]c[t]am t[er]ram pomeran[ie]
nomine Archiep[iscop]i Gneznen[sis] sicut vicarii int[er]rogat[us] quid sc[i]t de ep[iscop]o
Wlad[islaviensi] dix[it] q[uod] est notoriu[m] et t[un]c ip[s]e est in poss[essio]ne q[uia] Eccl[es]ia Gneznen[sis] est
spoliata p[ar]te sua p[er] d[i]c[t]os Crucifer[os] except[is] iur[ibus] Eccl[es]iis et aliquib[us]
de novo fundat[is]

It[em] s[upe]r vj Arti[cu]lo int[er]rogat[us] dix[it] v[er]um esse [pro]ut po[nitu]r in Arti[cu]lo int[er]rogat[us] de ca[usa]
s[cienti]e dixit q[uod] d[omi]n[u]s Wlad[islaus] quonda[m] Rex polo[nie] successit in d[i]c[t]a t[er]ra pomer[anie]
et in Reg[no] polo[nie] d[omi]n[u]s Premislio Regi quonda[m] polo[nie] et d[omi]n[u]s d[i]c[t]e t[er]re et ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ suo t[em]p[o]re possedit ea[m] pacifice et quiete sicut d[omi]n[u]s et Rex
polo[nie] et sicut t[er]ra que est infra Regnu[m] et que p[er]tinet ad ip[su]m Reg[num]
et o[mn]es obediebat et s[er]viebat d[i]c[t]o d[omi]no Wlad[islao] in ead[em] t[er]ra et de hoc est
publica vox et fama. dixit et[iam] q[uod] ip[s]e d[omi]n[u]s Archiep[iscop]us vidit plures
dicti d[omi]ni Wlad[islai] euntes et redeuntes de d[i]c[t]a t[er]ra pomeran[ie] et nepotes
suos qui possidebat et regebat eand[em] t[er]ram et o[mn]ia Castra ip[s]i[us] t[er]re
nomine eiusd[em] Wlad[islai] Reg[is]

It[em] sup[er] viij Arti[cu]lo int[er]rogat[us] dixit v[er]a esse que in eo [con]tinet[ur] int[er]rogat[us] de ca[usa] s[cienti]e
dixit quia ip[s]e fuit vnus de illis iudicib[us] qui d[i]c[t]am s[ente]n[ti]am de qua po[n]itur
[con]tulerunt a d[omi]no Joh[ann]e p[a]p[a] xxij deputat[is] cum d[omi]no Domarath[o] quonda[m]
Ep[iscop]o poznan[iensi] et d[omi]no Nicolao Abb[at]e Mon[asterii] de Mogilno et vi[rtu]te dicte
[com]missionis a d[omi]no n[ost]ro p[a]p[a] eis facte in d[i]c[t]a causa iur[is] ordine obs[er]vat[o]
p[ro]cesserunt et quia inveneru[n]t esse p[ro]batu[m] d[i]c[t]am t[er]ram pomeran[ie] sp[ec]tar[e] ad
ip[su]m d[omi]n[u]m Wlad[islaum] et eum fuisse in poss[essio]ne ver[a] d[i]c[t]e t[er]re pacifica et q[ui]et[a]
[con]dempnaverunt dictos Cruc[iferos] p[er] diffinitiva[m] s[ente]n[ti]am ad restituend[um] sibi d[i]c[t]am t[er]ram
et in fructib[us] inde p[er]cept[is] et in exp[e]ns[is] fact[is] in dicta causa v[idelicet] in xxxiiij
milib[us] marc[arum] argent[i] [pro]ut po[nitu]r de qua s[ente]n[ti]a [con]stat p[er] l[itte]ras eor[um] seu
publicu[m] instru[mentu]m int[er]rogat[us] de t[em]p[o]re dixit q[uod] n[on] bene recordat[ur] t[ame]n cred[i]t
q[uod] sit fact[um] ad p[lu]s a decem et nove[m] a[n]nis citra [et iste test[is] in o[r]iginali
est xxxij in ~~[illegible]~~ ordine]

Secundus test[is] R[everendus] p[ate]r d[omi]n[u]s Joh[ann]es Ep[iscop]us Cracovien[sis] int[er]rogat[us] sup[er] p[ri]mo
Arti[cu]lo dixit ~~v[er]um esse int[er]rogat[us] de ca[usa]~~ s[e] t[ame]n sc[i]r[e] quia s[e]p[e] audivit q[uo]d dic[eba]t[ur]
publicat[ur] notorio et co[mmun]a fama p[ro]t[est]a[n]te q[uod] t[er]ra Culmen[sis] est de Reg[no]
polo[nie] et infra ip[su]m Regnu[m] [pro]ut po[nitu]r in Arti[cu]lo. dixit et[iam] q[uod] sunt xv
an[n]i t[ra]nsacti vel citra q[uod] ip[s]e erat Cancell[arius] Cujavien[sis] in minorib[us] [con]stitut[us]
p[er] d[omi]n[u]m Wlad[islaum] Rege[m] p[ro] t[un]c Re[gem] polo[nie] p[at]re d[omi]ni Kazimir[i] Reg[is] et erat
t[un]c eod[em] t[em]p[o]re cum erat Cancell[arius] in d[i]c[t]a t[er]ra Cujavie in Ciu[ita]te Brest[en]
ad q[ua]m Mag[iste]r g[e]n[er]alis Crucifer[orum] miserat quenda[m] f[rat]rem sui ordinis vocatu[m]

Sc[un]d[u]s test[is] Jo[hannes] Ep[iscop]us Cracovien[sis]

presidente
Zygardum de Swarczburg presidendo tractatui pacis et concordie inter dominum
dominum Wladislaum super terra Culmensi et Pomeranie quas idem dominus Wladislaus
Rex petebat et volebat sibi a dictis Cruciferis quia sue erat et
ad eum pertinebat nomine Regni sui dixit inter cetera quod Avus suus dictam
terram Culmensem dedit eisdem fratribus Cruciferis tradidit concessit et
concessit propter propinquitatem paganorum infidelium qui erant in circuitu dicte
terre sub hoc pacto et conditione quod subiugatis dictis paganis eadem
terram Culmensem Castra ac alia loca ipsius prout eis concessa fu-
erant restituere deberent Avo dicti domini Wladislai seu eius successoribus
sine contradictione aliqua pacifice et sine lite. Et super pacto et
conditione huiusmodi dicto fratri Zygardo ostendit litteras magistri ordinis Crucife-
rorum qui tunc temporis erat cum quibus pactum huiusmodi et conditio inita fuerat

Item super ii articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur. Interrogatus
de causa scientie dixit quod ipse recepit et collegit denarium sancti Petri
pro domino Andrea de Wyerulis quondam et domino Galhardo de Cardubio
nunciis et collectoribus domini nostri pape et adhuc recolligit et recipit
sed subcollector et nunquam audivit quod in illis partibus tamquam exemptis extra
Regnum Polonie solvatur

Item super iii articulo interrogatus dixit quod bene audivit quod solvunt. Dixit etiam
quod scit quod fuerunt excommunicati Civitates infra terram Culmensem quia non
solvebant denarium sancti Petri sicut alii de Regno et sicut illi qui sunt
infra Regnum Polonie per dominum Andream de Wyerul quondam nuncium
Apostolicum et collectorem dicti denarii in Regno Polonie

Item super iiii articulo interrogatus dixit se bene scire quod dicta terra Pomeranie est
infra Regnum Polonie. Dixit etiam se fuisse in tractatu quodam habito
inter dominum Wladislaum quondam Regem et fratres Cruciferos pro dicta terra Pomeranie
in quo tractatu dicti Cruciferi offerebant eidem domino Regi x milia
marcarum puri argenti et quod eis remaneret dicta terra et etiam da-
bant sibi quasdam possessiones quas habent infra terras Cuyavie et
Michalovie vel hoc volebant construere et dotare unum claustrum
de xxiiii fratribus professis cuiuscumque Religionis que magis placebat
placeret dicto Regi qui perpetuo pro salute animarum eiusdem Regis
et parentum suorum deberent in dicto claustro deservire Et insuper vole-
bant servire domino prefato Wladislao in omni necessitate sua cum centum
militibus armatorum

Item super quinto articulo interrogatus dixit esse notorium quod omnes sciunt

Item super vi articulo interrogatus dixit verum esse prout in articulo ponitur.
Interrogatus de causa scientie dixit quia ipse fuit in tractatu quando dominus
Wladislaus quondam Rex suis nepotibus Kazimiro et Premislio ducibus
concessit dictam terram Gnewkoviam et tenendam nomine suo et dicti

Regni sui et mandavit ipsis omnia castra et loca ibidem assignari
qui quidem duces aliquo tempore dictam terram Pomeranie tenuerunt et
possederunt nomine dicti Wlad(islai) et premissi Regis sicut ab eodem
fuerant quousque Cruciferi de Prussia eam expugnaverunt et dictos
duces expulerunt inde et eiecerunt violenter et quod de hoc est publica
vox et fama et iste testis in originali est positus in nono ordine

Tercius testis Reverendus pater Johannes episcopus Poznaniensis interrogatus super primo
articulo tunc dixit se audivisse esse notorium quod quidquid est a flumine
Ossa usque ad flumen Wisla totum est de Regno Polonie.
Interrogatus quomodo hoc scit dicit quod audivit a senioribus suis
et fama est publica apud milites et generos personas Regni

3) testis Jo(hannes) episcopus Poznaniensis

Regni dixit etiam se audivisse a progenitoribus suis quod dux Conradus
dux illius terre Culmensis qui tenuit dictam terram que est infra
Regnum Polonie pro eo quod ab infidelibus Pruthenis infestabatur
vocavit in defensionem sui et dicte terre Culmensis prefatos Cruciferos
et tradidit eis dictam terram et audivit etiam ab aliquibus quod dicti
Cruciferi tenebantur eam restituere sibi subiugatis Pruthenis
tunc paganis

Item super ii^o articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur interrogatus
quomodo scit dixit quia a memoria vidit plures et audivit
quod in Regno Polonie solvebatur denarius beati Petri et solvitur et quod
numquam audivit extra fines dicti Regni eum solvi videlicet in Hungaria
Bohemia Marchia etc. et dixit hoc esse notorium

Item super iii^o articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur interrogatus
quomodo hoc scit dixit quod terra Culmensis fuit Vincta apostolica suppositi
ecclesiasticis interdicto et civitates in ea excommunicati per dominum Johannem
Papam XXII pro eo quod cessaverat per multos annos solvere Romane
ecclesie dictum denarium sed postmodum in ecclesia Romana convenerunt ut
solverent et nunc solvunt tamquam in terra que est pars Regni Polonie
sicut in aliis terris solvitur dicti Regni

Item super iiii^o articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur
interrogatus quomodo hoc scit dixit quod quidam duces Pomeranie nove
Cristianorum tamquam veri duces eorum in possessione pacifica et erant
dicte terre ipse tenuisset in sententia agens ad hoc non contrarians
contulit eandem terram duci Premislio tunc Regi Polonie
suo consanguineo qui premisso Rex post mortem eiusdem
consanguinei intravit et possedit dictam terram pacifice usque
ad mortem suam et iste testis vidit et novit utrosque eorum et audivit

vidi ibi ducatum
ducari et per
premislium et per
Wlad(islaum) et contra
alia quod pa…
vi articuli

va
~~Tandem cum dominus Premislaus mortuus fuisset sine prole masculina Barones milites et nobiles ac Cives et tota terra tam Regni polonie quam terre pomeranie receperunt dominum Wlad tunc ducem Cuyauie in Regem dixit etiam quod presens fuit et vidit quod idem dominus Wlad receptus fuit in dominum pomeranie et Regem polonie per Barones nobiles et alios de polonia et pomerania dixit etiam quod fuit circa consilium quod Barones et alii de polonia et pomerania tractabant quem vellent habere in dominum post mortem Regis premislii~~ vacat

Item super quinto articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur interrogatus quomodo scit vidit quod ipse transivit per dictam terram pomeranie pluries et tam ~~in castris~~ bibit et comedit et pernoctavit pluries in pluribus locis dicte terre et tunc vidit quod ville Castra et loca alia dicte terre pomeranie obediebant procuratoribus ducis Archiepiscopi Gneznensis et episcopi wlad et iste testis quotiens illuc venerat receperunt et procurabant eum bonis dictorum ducum interrogatus si est notorium vidit quod sic

Item super vi articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur interrogatus de causa scientie vidit quod presens fuit quando dominus Wlad receptus fuit in dominum pomeranie dixit etiam quod cum quidam dux pomeranie nomine Mistiwogius tamquam verus dux existens in possessione pacifica et quieta dicte terre prole ducis premislao tunc Regi polonie suo consanguineo qui premislaus Rex post mortem eiusdem Mistiwogii intravit et possedit dictam terram pacifice usque ad mortem suam et iste testis vidit et novit utrumque eorum Tandem cum dominus premislaus mortuus fuisset sine prole masculina Barones milites et nobiles ac Cives et tota terra tam Regni polonie quam terre pomeranie receperunt dominum Wlad tunc ducem Cuyauie in Regem dixit etiam quod presens fuit et vidit quod idem dominus Wlad receptus fuit in dominum pomeranie et Regem polonie per Barones nobiles et alios de polonia et pomerania dixit etiam quod fuit circa consilium quod Barones et alii de polonia et pomerania tractabant quem vellet habere in dominum post mortem Regis premislii dixit etiam quod vidit et presens fuit in multis conflictibus quod milites nobiles et omnes de pomerania venerunt in subsidium contra adversarios dicti domini Wlad Regis contra henricum ducem Glogovie dixit etiam quod vidit et audivit quod pomerani obediebant sibi tamquam domino suo dixit etiam quod vidit eum possidere dictam terram pomeranie pacifice et quiete et tenebat Castra villas et omnia loca sub potestate sua et omnes habitantes in eis serviebant ei sicut eorum vero domino dixit etiam quod quidam nomine Bogus

qui fuit serorius eiusdem epi deponens sive ipsius testis fuit iudex
pomeranie qui etiam gubernabat dictas terras ex parte dicti dni Wlad(islai) Itemque
et habitabat in Castro Gdansk de quo ipsi Cruciferi eiecerunt et etiam
iste articulus dicit multa alia. Interrogatus quanto tempore possedit dictas
terras prefatus dnus Wlad(islaus) Rndit quod ab anno dni m cc lxxxxvj
usque ad annum dni m ccc viij et sic in originali continetur super quo
articulo

Item super vij articulo interrogatus dixit quod est publica vox et fama quod mul-
tos ita fecerunt Cruciferi prout continetur dicto et se audivisse
a quodam nepote suo dicto Pribigneus qui presens fuit quando
Cruciferi expugnaverunt et ceperunt Civitatem Gdansk valido
exercitu et violenter et multos milites et alios ibidem interfecerunt
et ita esse notorium quod nulla tergiversatione celari potest et dixit quod
idem testis plura alia super ipso articulo signato prout continetur in originali videlicet
quod sui nepotes presentes fuerunt in pomerania sed filii dicti Bogussa
et multi alii ceperunt et expugnaverunt Civitatem Gdansk tunc
exercitu valido et multos milites et alios ibidem interfecerunt Et
occupato Gdansk et dicto Bogussa ibidem de castro eiecto congre-
gato valido exercitu et hostili cum machinis et aliis instrumentis
bellicis iverunt ad Castrum Swecza dicte terre pomeranie et ipsum val-
laverunt et stantes ibi per iiij septimanas in obsidione eiusdem. Et
corrupto ibidem uno de custodibus dicti Castri per promissionem pecunie
ut dicitur Castrum tradet idem Custos dictus Chadronez omnes balistas
et omnia instrumenta quibus defendebat Castrum clam et occulte
fregit et destruxit et cordas balistarum precidit Sic quod cum dicti Cruciferi
insultum facerent illi in Castro volentes ad sua arma recurrere invene-
runt destructa propter quod periti inermes non valentes ultra defendere
salva vita tradiderunt dictum Castrum eisdem Cruciferis qui Cruciferi
occupato dicto Castro deinde totam terram pomeranie occupaverunt et gen-
tes dni Wlad(islai) Regis profugaverunt et alios occiderunt Interrogatus
de tempore quo tempore occupaverunt dictas terras pomeranie seu Castra
Gdansk et Swecze Rndit quod de anno dni m ccc viij inceperunt
occupare dictum Castrum Gdansk et deinde totam terram continuando
occupaverunt violenter

Item super viij articulo Interrogatus dixit verum esse prout in dicto articulo ad literam
continetur Interrogatus de causa scientie dixit quod tempore fuit cum aliis commissariis
deputatis ad citandum arbitros et Cruciferos prout fecerunt et post-
modum in iudicio retulerunt etc.

Item super ix articulo ~~viij~~ Interrogatus dixit verum esse et notorium
super aliis subsequentibus dixit se ab aliis audivisse (Et iste testis
in originali c 29 in ordine

Kazimir dux

Nuncat testis dnus kazimir dux Cuyauie Interrogatus super primo articulo dixit se audiuisse a parentibus suis et a senioribus terre polonie et Culmen quod Atavus ipius testis qui loquitur videlicet dux Cunradus ipam concessit Cruciferis depressa per expugnationem infidelium pretenorum sub condicione et pacto quod expugnatis ptes debent eam libere restituere et quod de hoc est publica vox et fama

Item super iiij articulo interrogatus dixit verum esse prout in articulo ponitur interrogatus quomodo scit dixit quod quamplures fuerunt principes polonie sicud in dicta terra pomeranie qui tenuit et possederunt eandem terram et omnia castra villas et loca ipius tamquam primorum suum et specialiter principes polonie quorum unus dictus Atavus ipius testis prout videlicet fuit dnus Samboginus quo mortuo incunctis testis successit sibi in parte eam contingente in divisione videlicet Tczew sic quod aliis duobus principibus mortuis dux Mestiwogius compulit eandem inter de illa parte sua et possedit dictam terram totam pacifice et quiete ad mortem suam qua terram dedit dnus premislio Regi quondam polonie qui etiam eam possedit pacifice scilicet Rex polonie et verus dnus usque ad mortem et fuit Rex wladislaus prout infra dicitur in vi articulo

Item super v articulo interrogatus dixit verum esse prout in articulo ponitur interrogatus de causa scientie dixit quod vidit dnum Jacobum quondam Archiepiscopum Gneznen et dnum Gerwardum quondam episcopum wladislaviensem in eadem terra pomeranie sepius uti iurisdictione sua et ita reputabantur et quod hoc est notorium

Item super vi articulo interrogatus dixit verum esse prout in articulo ponitur interrogatus quomodo scit dixit quod ipse testis vidit sepius eum dominari et preesse dicte terre scilicet dnum et Regem polonie et ita reputabatur apud omnes et quod omnes tam prelati quam nobiles obediebant sibi scilicet dno dicte terre et Regi polonie dixit etiam quod idem dnus wladislaus qui fuit patruus ipius testis commisit sibi eandem terram gubernandam et suis fratribus qui dictam terram et omnia castra villas et loca infra ipam sita possederunt et gubernaverunt nomine dicti dni wladislai regis per quamplures annos quousque fuerunt expulsi de eadem terra violenter per dictos Cruciferos qui dictam terram occupaverunt et dictum dnum wladislaum Regem ea spoliaverunt quod dixit esse notorium et quod est de hoc publica vox et fama

Item super vii articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo continetur interrogatus de causa scientie dixit quod ipse tunc erat in quodam castro dicto Gniewe pro prefato dno wladislao Rege et vidit dictos Cruciferos venientes cum copioso exercitu valido vexillis erectis et hostiliter cum quamplurimis machinis ad ipsum castrum

vallantes dictum castrum

ꝯcusserunt per quatuor septimanas et ipsum expugnantes per quatuor septimanas
tandem violenter intraverunt et deinde totam terram et ipsum testem ac fratrem
suum Premisliam qui tenebat dictum Castrum et totam terram Pomeranie
de eodem Castro fugaverunt et etiam secuti fuerunt eum per duo miliaria
ad capiendum ipsum vel interficiendum. Dixit etiam quod postquam habuerunt Castrum
Swecze venerunt ad Castrum Gdansk et ipsum obsederunt cum machinis
et interfecerunt ibi omnes polonos in magna multitudine quotquot poterant in-
venire. Et dixit quod Theutunici in eadem Civitate Gdansk defraudaverunt
polonos qui etiam ibi erant. Dixit etiam quod est notorium omnibus hominibus illius
terre. Interrogatus si scit in quanto sit dampnificatus dictus Rex ex tali occu-
pacione dixit quod sit possibile usque ad xl milia marcarum de quibus potest
et magis quia ipse testis audivit quod solum de portu maris qui est circa Gdansk
habuerunt Cruciferi uno anno x milia marcarum

Item super ix articulo et x et xi dictis articulis interrogatus distincte super singulis dixit quod terra
Michalowiensis esset suorum predecessorum ipsius et fratris sui ducis Lestkonis
et est infra Regnum polonie et eam tenuerunt duces polonie a xxx annis
citra et plus tenuerunt quousque per fratrem suum Lestkonem fuit Cruciferis
inpignorata contra voluntatem et in preiudicium ipsius testis et quondam
fratris sui mortui scilicet Premislii ~~qui tunc dedit duci Lestkoni~~. Dixit
etiam quod ipse testis quod cum voluisset redimere ab eisdem Cruciferis dictam terram
obtulit eis ipse testis et pretaxatam pecuniam quam pro qua inpignoraverat
dictus Lestko, quam noluerunt recipere nec terram restituere. Interrogatus
si scit quantum perceperunt de ea, dixit quod ultra duo milia marcarum

Et iste testis est xlmus in ordine ~~originali~~

Vus testis Lestko dux Cuyavie

Undecimus testis dictus Lestko dux Wladislauiensis lx annorum et miles interrogatus
super primo articulo dixit vera esse que ponuntur in eo. Interrogatus de causa scientie
dixit sicut alii quod dux Conradus concessit eam Cruciferis tali pacto ut
expugnarent paganos ultra flumen Ossa eam restituerent etc. Et dixit
etiam quod ipse testis vidit et legit privilegium quod fuit factum de dicta
concessione et quod erat sigillatum sigillo magistri generalis qui tunc erat
et vocabatur Papo. Dixit etiam quod pluries vidit et tenuit dictum
privilegium. Dixit etiam quod dux Boleslaus de Mazovia patruus suus
mandavit sibi illud privilegium ut recordaretur quod ipsi habebant ius in dicta
terra Culmensi usque ad flumen Ossa et si non posset eam recuperare
quod recordaretur saltem ut post mortem suam ut eam recuperaret si posset.
Interrogatus quanto tempore est quod vidit, dixit quod vix sunt xx anni et
est publica vox et fama

Item super ii articulo interrogatus dixit verum esse prout in eo ponitur. Interrogatus qualiter
hoc scit dixit quia pluries vidit solui et quod hoc est notorium

Item super iij articulo interrogatus dixit contenta in eo vera esse interrogatus
de causa sciencie dixit quod audivit eos exclamare quod non solvebat denarium
denarium ß nro solvit dixit etiam quod civitates infra dictas terras Culmensem
statuit in multos xxiij annis quousque relaxavit illud dominus
Balthazardus Judex prout tunc.

Item super iiij articulo interrogatus dixit verum esse interrogatus quomodo scit dixit
batur vel inflammabatur ad fedam carnis concupiscenciam sed eam pocius extinguebat ille
eius aspectus qui frigidus quidam ex oculis eius virgineus spirauerat vel effluxerat a sua
mente castissima sicut ex aduerso de petulancia ac petulante mulieris verum est illud oracii
et vultus nimium lubricus aspici. Sic de talibus notauit iacobus oculos maiores habentes
plenos adulterii et insaciabilis delicti. Vnde consurgit fascinacio quedam illecebrosa in
aspicientes. Meminit me lacius alibi cum de concepcione virginis sermo fieret maciam
hanc per similitudines et raciones pertractasse. Vt de sauina herba et aliorum quorundam
preciosorum lapidum mouet aspectus ad castitatem. Eciam preterea quod ad confirmandum
marie perpetuam virginitatem cum ioseph non oportet credere ipsum ioseph instar viri
marie senio fractum debilitatum ac frigidum fuisse dum nupsit marie adolescentule
ad saluandum castissimum atque pudicissimum cum ea conuictum. Potuit itaque plus o-
pari spiritus sanctus in conseruando castitatem ipsius ioseph per repressionem vel extinctionem fo-
mitis originalis in ipso quam senectus vel senium operetur. Exemplum quod nesciat quosdam senes
hominum vel hominum spurcissimos et fedissimis libidinibus exarsisse eundem post desideria sua
et in adinuencionibus suis turpissime quales eciam vel cogitare vel dicere pudor et fetor
est computrescentes. Sensit virtutem gracie qui dixit Scio quod continens esse non possum nisi
dederit dominus. Sic autem existimo ioseph fuisse iuuenem sicut iuniorem terminos ponit
ysidorus quos extendit a xxviii anno ubi terminat adolescenciam usque ad annum l. quo
tempore etas nostra senectutis inchoat. Fuit igitur ioseph dum primo desponsatus est sub primo
anno constitutus nec vero in opposito libellus de infancia saluatoris qui inter dampnatos
est. Mouet ad hec pie tenendum multiplex racio. Primo propter misterium prophetandum quo dicitur
in ysaia letabitur sponsus super sponsam et habitabit iuuenis cum virgine in gloriam mi-
litarem et ordinaria dicat ioseph cum maria. Mouet hystorie consideracio quod
cleophas frater mariti alie ex cuius filia sororis marie virginis ex maria geniti
sunt quatuor fratres iacobus ioseph symon et iudas habuit fratrem ipsum ioseph virum marie

filiastre sue Non videt' g° pbabile qz in etate tantu distaret ioseph z cleophas fres
Mouet 3° finis et racio desponsacionis marie cu ioseph q' vo principali duplex as
signat'. Vna ppt ministeriu et obsequiu pstandu ipi marie z puo ihu cu tibz in
egiptu illic manentibz et inde remeantibz et inn usqz ad pfectam etate Constat
aut qz ad talia no fuisset ydoneus ho senio confract' z impotens qlis eqz amplius
ut ei ministraret qm ministret et quaz pocia onerosior marie qm obsequiosior extitisset
Altera vo fuit ad conservandu marie famam apud pfidos iudeos z ad incarnacois
ministeriu celandu demonibz. No affuisset psus si ioseph senex frigidus et qsi
maleficiatus palam appuisset. tal' em quo pacto credi potuisset alic' pr infantis
Queret aliqs Cur igr senex depingitur. Depingitur alicubi senex ppt mentis
et castitatis virtute sicut dicit sapiens qz etas senectutis vita inmaculata
Quo contra dicit pphetas fimo qz maledictus puer centu annoz. Vel io pinge-
bat' senex ab inicio nascentis ecclie dum marie ppetua virginitas nondu ut mo
radices fixat in cordibz fideliu ne suspicaret' carnale aliqd de ioseph e maria
hinc fortassis obmissa e sollepnizacio celebris de eo venerando fere toqz iugio
Depictus tn iuuenis ioseph incedit in etate iuuenili quale pdiximus sicut in
hac alemania crebro notum. Vel dic illud oracij Pictoribz atqz poetis qd
libz audendi semp fuit eqa ptas Suggerebat hoc loco religiosa studiositas prima
congrue de castissima z sctissima conversacione ioseph cu maria. de confabulaci
bz suis dimissimis in loco peregrinacois sue sup misteriis me redempcois sup can
tici ipius marie zacharie z symeonis Sup hijs pocia omnibz q dicebant' de puo
ihu z que videbant' in eo z que revelabant' ab angelo ymo z q felici con
pimento tu maria dilacrans / Vnde sicut decuit mariam ut summa puritate ni
teret sic decuit ut haberet suo mo parem sponsum purissimu q' cu ppetua virgle
virgo prius ac postqz pmanet / Vterqz regali pgenie veniens z illustris
/ Vterqz sanctificacione ex utero susceptus. / Cu maria plena gra fonte repleta
mansit ioseph repletus gra pcium salutis mortale qdlibz superante / Vouit ma
ria virginitatem vouit z ipe ioseph fm doctores cu voto no repugnat va
matrimoniali contractu nec corporis mutua translacio in quo matrimonio fuit fides
ples atqz sacram / Nouit maria misteriu incarnacionis a seculis abscondi
tu angelo indicante nouit z ioseph amonit' sup hoc in sompnis et ut credendu
pie prius edoctus familiaritate a maria sicut beatam ceciliam legimus Valeriano
sponso suo dixisse Est michi ministeriu qd tibi revelabo amantissime iuvenis si
tota illud fide custodias zc Quid m fuit audacior maria dno confidens

angelo ergo ioseph sponsu suu pudicissimu cu eet iustus q̄ ceteru erga
balerianu que urgebat impetus nuptiarum / Turbata e maria in angelica
salutacoe sed no conturbata uel incredula · turbatus e et ipe ioseph ad
stupendu tante nouitatis miraculu ita ut maria nollet traducē no tm
conturbatus ul culpabilit incredulus ꝫ stupor quidm apphendit eu sicut de
petro legimus qui ait ad ihesum Exi a me dne qr pctor su ioseph sibi indigu
coniugio tam excellentissie virgis marie indignu se iudicabat · ppterea no
ex incredulitate suspiciosa ꝫ ex pfundissima humilitate videt̃ maria traducere
noluisse sed q dixisse Exi a me dna qr pctor su hinc angelus ad eu ioseph
fili dauid noli timere accipe maria coniuge tua. no dixit. noli incredulus esse
Visitauit maria zacharia et elizabeth no dubiu qn de licencia et consensu ioseph
vel sui ia de sacro incarnationis instructi · visitauit et ioseph ul illo tpe uel in
solempnitate paschali que pxima erat et ad qua ire iubebat lex in ihrlm
Decantauit canticu maria et mit et ipe zacharias no dubiu qn pcepts et
consortius canticorum istorum ioseph extitit // Congratulata e maria cu ceteris pa
tribus et cognatis ipi elizabeth puerpe qui iohanne enixa e · a q congratulacoe
ioseph alienus no fuisse putandus e // Recogitabat maria signu datu ipi achab
de virgine pitura in se completu fuisse glabat / et hoc ipe ioseph magni
ficabat deu in corde suo et assidue gras agens // Obediuit ioseph edicto qd fe
cit cesar augustus obediuit et maria Scptu e enim q ioseph iuit in bethleem
cu maria uxore sua pignate sciebat enim obediendu ee ptatibus sublimioribz
qm sic e voluntas dei // Maria ihm filiu suu pmogenitu mox ut natus e
adorauit cu gaudio et exultatione · ioseph ab hac adoratoe gaudio et exul
tacone nequaq alienus fuisse credendus e // Maria ꝯseruabat oma que
dicebantur de puo ihu p pastores p tres reges p symeone p anna p ceteros
conferens ea in corde suo et admirans no ex ignorantia ꝫ ex insolita misterij re
uelacoe ioseph similiter na scptu e q erat pr ihu et mir admirates sup hiis
q dicebantur de puo // Obediuit ioseph angelo iubenti in sompnis ut acciperet
matrem cu puo et fugeret in egiptu obediuit et maria noua illa puerpa et de
licata iuuencula nocte consurgens in q peregrinatoe laboriosissima dicere potuit ut illud
ad dnm Cantabiles michi erant iustificacones tue in loco peregrinatonis mee vnde
quida metrice scribit inducitur ex psona peregrinatu et psallencium de lege dni vs Esto pe
grinis nobis cantabilis alma · lex dni releuans tedia dura vie · Nam fugiunt tpes
cras p inania cure · carmina diuinus qd modulatur amor · Ergo aduena misteris
mes incola terris Sis psalles liricis fingit apta modis Sic no te tota lacrimas

valle molesta. ſʒ celo potius dicere te positam. Et o bone ihu o salutifer xpe quis
sufficienter existimare potuit progressum ingressum et egressum peregrinacionis illius septenalis
quantus fuit hinc labor dolor et timor. quantus inde amor sapor et dulcor
Et unde fit. nimirum ex diuina consolacione que facit cum temptacione eciam pro-
uentum. Ex mutua Ioseph sub collocucione et allocucione Ioseph cum maria et cum
bono cum puero ihu. Ex recogitacione tandem diuini consilij super redempcione generis
humani sicut augustinus confitetur quod non saciabatur dulcedine mirabili super altitudine consilij
diuini in redempcione generis humani. Quis dicet me finxisse collocucionibus huiusmodi eos per-
egrinantibus hijs concessit astitisse eius yconomia illa honesta paupertate gra-
tissima viri et vxoris cum filio vbi pro famulo dabatur asinus sed iam nemo considerare
potuit. Unde si uetus illa mater elizabeth exclamauit prophetice ad beate marie
salutacionem. si exultauit pre gaudio iohannes infans in ventre suo. Quid ex cotidiana
cohabitacione et allocucione cum maria et puero ihu iustus ioseph accepit diuine con-
solacionis et consolacionis dici nequit. Quis det me vidisse baiulare in vlnis pre-
ciosum pro filijs hominum quem blandiebatur arridenti quem condolebat vagienti quem
frequenter tibi karissimo sponso suo ioseph baiulandum commendauit osculandumque tradi-
bat legimus preterea ihm duodecim annorum fuisse esse sub dicione fuisse ioseph et
marie. Que subiectio sicut inestimabilem notat humilitatem in ihu ita dignitatem in-
comparabilem significat in ioseph et maria. Porro legimus in nupcijs marie
ihm astitisse hoc enim iohannes argumentatur Sic et in obitu felici ioseph cre-
dendum est mariam sponsam et filium ihu corporaliter affuisse cum enim xpi passi-
one defunctus est. Alioquin custodia matris alteri commissa non fuisset hinc met-
rice quidem. Venerat illa dies que vitam morte parans perpetua tibi iuste ioseph
dauid inclita proles. Xpus adest ad matre sua pia quibus officiose. funeras
letum plando solantur eum. Ora liquida lacrimis obplevit amans obortis. Talis
amor. etenim sancte cuncte fas est. Et prem ihus et sponsam ~~[illegible]~~ fleuit mo-
riente virgo benigna sue fidi custode amato. procubuit lecto complexans membra
pudicos oscula dat labijs mi vir conclamat abis ne dilecte vale mi
ecce ihus tuncas placida ac sede locabit. Constat ipse ioseph paciosa
morte quieuit. legimus xpo moriente multa corpora sanctorum surrexisse
et venisse in sanctam ciuitatem iherusalem et apparuisse multis hinc sancte dicat
apostolus accepit mulieres de resurreccione mortuos suos Recogitat ero pius
animus si iustus ioseph vnus ex illis putandus est extitisse quod marie apparuit karis-
sime sponse que eam consolatus sit qui tandem xpo in celum ascendente simul et ascen-
dente glorificatus non dubium in anima sed an in corpore nescio deus scit et col

mors ioseph

nota

locatus e a dextris ipius ihu hoc e in potioribus bonis suis Concluditur ad ex
imu qp premissis et aliis mirabilibus iusti ioseph sermonis qui vere qp religiose
fecerunt et fecerunt qui celebritatem de virginali coniugio marie cu ioseph q festivitate
sollempne de beato tristia eiusdem ioseph pagine suaserunt tam verbis qm in scriptis suis
et scripta qui ul habent vel habeant sicialiter pro ea sunt amor linguet et ad
ultimam se transfert consideracionem eaque post illud de nobilitate ioseph et marie in
prima consideracione de hinc de ipsorum sanctificacione in altera rursus de sommis revelacione in
tercia loquitur de multiplici nativitate ihu et de habitudine qua habet ad mariam
atque ioseph huiusmodi nativitatis // De maria natus e ihc qui vocatur xpus x^a consid^o
medio corporali sed spirituali quod et de virginali sponso suo ioseph suo modo dici potest
racion equivoce dici pt qp de ioseph natus sit ihus modo quo blasfemat iudeus
infelix qui dicat xpm ex ioseph semine esse natum quod cul hoc a pietate fidelium
Sz attende triplicem ihu xpi nativitatem. attendat et triplicem habitudinem eternalem
corporalem spiritualem vel mentalem nascitur enim eternaliter ex patre quadmodum nascitur splen-
dor ex luce coeternus luci hinc e illud ecce canticum O oriens splendor lucis
eterne et in persona sapiencie inveniatur dicit ecclesiasticus Ego ex ore altissimi prodii
primogenita ante omnem creaturam . et ysay. Generacionem eius quis enarrabit Et in
psalmo Ex utero ante luciferum genui te In hac eternali nativitate ihu neque
maria neque ioseph concurrunt Altera natus fuit ihu xpus corporaliter in mundo ex vir-
gine de qua angelus ad mariam Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi ob-
umbrabit tibi ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei Et hoc factum e cum
completi sunt dies marie ut pareret et peperit filium suum primogenitum Et in hac quidem
nativitate sola maria materiam ministravit alteri qp corpus marie fuit ipius
ioseph uxor matrimonii quo fit mutua translacio corporum vi ad invicem et econ-
verso amplius si ad intellectum sobrietate dicatur sub nobis sit qp ex corpore et carne io-
seph natus e ihc xpc Et hoc dici forsitan posset nisi piarum aurium timeretur
offensio adiudicamus tu ex lege vetus qp si frater decessisset sine prole frater superstes
ducebat uxorem defuncti ut suscitaret semen eius de nato inde puer dicebatur filius
non quidem naturalis sed legalis illius qui iam obierat fratris Sic enim concordatur elbanus secundum
genealogie xpi dum ioseph legitur habuisse duos patres unum quem matheus nominat ia-
cob alterum quem appellat lucas heli qui legalis fuit pater iacob ut naturalis Quocirca
ista minimus per intelligenciam huiusmodi ne pariat versionem vel scandalo nescientibus mo-
re scripture qui ioseph habuit duos patres naturales vel qp ecclesie metum sit put op
ponit iulianus Proinde quidem dicitur intellectus quo ioseph dicitur e pater ihu xpi
non dum a iudeis hoc putantibus et carnaliter sentientibus sed ab ipsa eciam virgine maria

fili mi quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Fuit
itaque ioseph pater ihesu reputacione fuit pater cura[t]ione quia in eius fuit thoro progeneracione non quidem sua sed marie uxoris sue quo cooperante spiritu sancto et quodammodo virtus
ioseph genitor non carnali semine sed mistico spiramine. Preterea ioseph pater non quidem
naturalis sed legalis pueri ihesu dici potest cui ipse suus suscitavit semen carnali vel eciam
Natus est igitur ihesus in terra seu fundo ipsius ioseph de qua terra clamat ysayas
Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem. Et in psalmo veritas de terra orta est. Quid mirum competat ergo ipsi ioseph ius aliquod legale ultra
ceteros homines in videlicet pueri ihesu formacione qui natus est in ea et ex ea cum
eius dominium iure matrimoniali vere translatum erat in ipsum ioseph. Unde non contemnebatur maria vocare ioseph dominum suum quemadmodum de sara ad abraham scribit
apostolus. Unde et preponit eum sibi ubi dicit Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te
nimirum quia maior in maria quam in sara humilitas et ioseph dignitas abrahe dignitate superabat. Fuit autem hec paracio pueri ihesu in te maria per spiritum sanctum de
consensu vero vel interpretativo filii tamen ioseph. Volebat enim ut fieret voluntas
dei per omnia cum esset iustus hoc est dicimus ad excludendum pueros adulterinos vel
alios in quibus mariti vel non consenciunt vel consentire racionabiliter nequiunt. Nullum
circa ius pariunt in talibus filiis licet in fundo suo genitis. Videlicet puer. Libet
hic exclamare O miranda precessus ioseph sublimitas tua. O dignitas incomparabilis ut mater dei regina celi domina mundi appellare te dominum non indignum putavit
Nescio sane preter ortodoxos quod hic amplius habeat miraculi vel humilitas in
maria vel in ioseph sublimitas. Utrumque incomparabiliter excipit uterque puer ihesus de
vidisti in secula de quo scriptum est in deum est ei erat subditus eis Subditus fabri
is qui fabricavit auroram et solem Subditus fuit ioseph cui flectitur omne genu
celestium terrestrium et infernorum. Cuperem michi verba suppeterent ad explicandum tam
altum et absconditum a seculis misterium tam admirandam venerandamque trinitatem
ihesu ioseph et marie. Velle michi quidem adiacet sed posse non invenio ac in ipso
conatu deficio. Unum ad gratiam similem et gloriam nam non tollat sed extollat et perficiat recogitemus pia devocione quod si vinculo quodam naturalis obligacionis consurgit
filii ad matrem et matris ad sponsum suum et viceversa sicut filii et matris ad fidelissimum
vigilantissimum et sedulum custodem et nutricium ioseph qui fuit caput marie
hinc inde aut certe aliquam principatum dominacione vel imperium in mariam sicut
et maria suo modo in filium suum ihesum iure naturali meruit. Quantus existimandus est iustus
ipse ioseph nunc in gloria et in celis qui talis et tantus inventus est hic in miseria et
in terris. Preterea si non meruit ihesus qui ait ubi ego sum illic et minister meus erit

illa proximior videtur collocandus in celo qui in misterio fuit vicinior obsequentior atque
familiarior post mariam inventus in terris. Sed hec hactenus de ipsa nativitate corporali ihesu christi
cum praecepit quemadmodum ioseph extant super viros electos et de sublimitate sua aliqualiter
aptum est honore sanctorum statusque omnium inter quos non est contentio quis eorum iudicatur esse
maior ac intelligentie sobrietate semper salvus. // Aut de tercia nativitate que spiritualis est
et omni devote virtuti gratabilis sermo loquitur de qua christus apud iohannem ait Oportet vos
nasci denuo Et iterum quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est In
hac autem nativitate vicissitudo mirabilis est quia deus nascitur ihesus in anima devota per fidem
et gratiam sit anima verbigena hoc est verbum generans et mater dei quia tamen anima nedum per
naturam sed per gratuitam adoptionem est filia ut verum sit de tali qualibet anima quia ipsa est
virgo mater filia itaque quia mater sit testis est omni exceptione maior qui ait Qui fecerit vo-
luntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est. Porro de filiatione
quid iohannes quid paulus dicunt scimus. Dedit eis potestatem filios dei fieri inquit io-
hannes Et quibus. Subdit quia per fidem his qui credunt in nomine eius Eodem eum teste
omnis qui credit quoniam ihesus est christus ex deo natus est Sequitur aliud quod pertinet
ad hanc verbigene dei matris et filie virginitatem Qui non ex sanguinibus ait neque ex
voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Nescio dicam quod sentio
nescio si satis assequar verbis / suppleat inopiam meam sapientissima virtus verbum
itaque consideratur in anima rationali quiddam indivisibili quidam subalit. portiuncula quedam
virginalis que nec obnoxia potest esse violationi. hec appellatur a doctoribus quandoque
sinderesis quandoque apex mentis quandoque scintilla rationis quandoque naturalis instinctus ad
bonum. habent autem sinderesim nec ipsi violatores et constupratores anime perdimo-
nes corrumpere possunt etiam in inferno quia ad bonum stimulat et ad malum remur-
murat hinc nascitur acerbissimus ille vermis qui non moritur hinc rixa dis-
pendens et dissipans super quam cogitari potest animam infelicem Deum sinderesis impellit
ad dilectionem dei sed improba voluntas toto odiorum conatu resilit in adversum
Sed quid ista de sinderesi Certe ut ostenderemus eam semper virginem esse que
dum caret obvibrante et stimulante spiritu sancto manet infelicitatis sterilis. Dum autem
adest eis spiritus visitans gratificans et fecundans fit ipsa verbigena hoc est verbum
pariens et hoc sine corruptione quia non ex sanguinibus corporalium fantasmatum
neque ex voluntate carnis desideriorum sensualium neque ex voluntate viri hoc
est ex potestate liberi arbitrii sed ex deo est quidquid hic natum est neque tamen ex-
cluditur sinderesis rationis consensus Sed dum mediante gratie afflatu secreto et in-
timo veluti clauso super animam ostio suggerit adventum verbi in mente respondet
sinderesis humili genuflexione Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum
Deinde visitat elizabeth senem et corruptam per quam inferior designatur inferior

porcio racionis se convertens ad corporalia et terrena Unde quodammodo violatur luz
ex munere divino iohanne in se recipiat / hoc est graciam participat Et ita gaudio
marie verbigene in elizabeth gaudio patri eius · quod divinarum rerum meditatur
hiis ita visus et per captu tamen rei terminus exposita · de hac virginali na-
tivitate et filiacione dei in anima nascitur ihesus qui vocatur xpistus nulli dubium relin-
quitur vitas in hiis principalem quarte consideracionis Ex sola tamen ex maria que
ex ioseph natus est ihesus qui vocatur xpistus Et si traducere placuit verba the
matis ad hunc anagogicum intellectum potius convenienter aptare quod iacob genuit
ioseph virum marie Quid enim per iacob qui supplantator appellatur recte
accipitur quam lucta et supplantacio viciorum quod fit in activa in qua prius exerci-
tatur contemplativa vita est Oportet insuper ut activa meditacionem ex se gignit
Est autem meditacio vehemens animi applicacio ad divinum aliquid investigandum
cognoscendum et degustandum Que meditacio recte per ioseph exprimitur quod
ioseph accrescens interpretatur Nec enim potest aliter anima melius excrescere spiritualibus
incrementis quam per meditacionem fortem et salubrem per quam ascendit anima de vir-
tute in virtutem reiecta vel superata fluxibilitate mancium cogitacionum et
voluptabilium desideriorum carnalium enervacio Haec insuper meditacio quod robusta est
neque fluida vel enervis sicut est ipsa cogitacio rectissime vir dicitur Et eciam
vir · vir utique marie per quam mens omnis illuminata vel illustrata divinorum in-
telligitur · Audi meditacionem illuminantem In meditacione mea inquit psalmista
exardescet ignis · ecce splendor illustrans Ex hac autem maria mistica
nascitur per contemplacionem ihesus qui vocatur xpistus non quidem ex commixtione vi-
ri sed quod est meditacio sicut expositum est mistico spiramine dei spiritus sancti
obumbrat animam / ad terrena concupiscenda refrigerans ab ardore illecebrarum
carnalium · illuminat autem ad divina libere intuenda longe lateque contemplanda ac
degustacionem quam suavis est dominus Haec est illa beata unitas in qua castissimis
amplexibus tenetur et deosculatur puer ihesus in qua pascitur et nutritur lacte de-
vocionis et melle contemplacionis in qua dulcor et splendor est Ecclesia
versa vice renascitur anima xpisto ut ita se mutuo contueantur adolescentulus
et adolescentula in mentis excessu et dicat ad dilectum dilecta dilectus meus
suppleat contineat michi et ego illi / Haec gloriosa valde desideranda unitas sic
enim nascens succedit deo patri in nobilitate qua deus efficiatur ipse proprie
dimitatis ut dicitur boecius Et propheta ait in persona domini Ego dixi dii
estis et filii excelsi omnes · ad quam maria fuit divina ut ea que de sapiencia
scribit ecclesiasticus ea nunc transferat ad mariam ut est illud ab
inicio et ante secula creata sum et cetera Succedit peccatum tale deo in dilectione

Videte magis Johannes qualem caritatem dedit nobis deus pater ut filii dei nominemur
et simus. Succedit in similitudine quia omne quod natum est ex deo vincit mundum
Et iterum omnis qui natus est ex deo non peccat. Nonne tibi magna videtur simi-
litudo vincere mundum et non peccare. Succedit demum in hereditate quia si
filii et heredes / quo cum nisi qui renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum
dei quod est hereditas patris nostri. Legitur apostolus dixisse Gaudeant bene nati Gaudeant
plane qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex
deo nati sunt. Nec dicto quocumque maledicat Iob et Ieremias natalem suum reputantes illud
apud omnes nascimur filii ire / hec est mutabilitas nature corrupte quia seclusa gratia misera-
bilis est homo natus de muliere. Deplorat Iob brevi vivens tempore repletur multis miseriis
Et ecclesiastes laudavit magis mortuos quam viventes et feliciorem utroque qui nondum
natus est. Etiam in re stultissimum est solempnizare natalem huiusmodi quemadmodum fecit
Herodes diem natalis sui celebrare in quo Johannes occisus est iniuste. Gratia perdita hinc
re fuit traditur gens esse que natales hominum deplorat et gaudet in molennibus
Dies vero natalis spiritualis dum homo regeneratus est per gratiam baptismi vel fluminis vel
flaminis sub hac intencione celebrari potest neduum sine culpabili reprehensione sed
cum laudabili gratiarum actione apud deum qui talem dedit nasci demum. Propterea
post celebritatem nativitatis beati Johannis baptiste sanctissimam et iocundam quia sanctus procreatus
natus est per sanctificacionem instituit ecclesia natalem beate et gloriose semper virginis marie ce-
lebrari sed amonita prius miraculo addidit genitricis octavas propter adipiscendum
sicut hystorie traduntur ecclesie pacem sub uno pastore. Hinc de ordine natalium eciam
devotiva solempnitas patris ebuat incunctanter. Sed vero propter sine consilium con-
gruat huic sacrosancte synodo laudis aliquid vel honoris instituere pro virginali marie
sponso Ioseph cuius honor redundat in sponsam et in eum qui de ea natus est Ihesum
Cristum vidit vere valitudinis sapientissima devocio. Non quod multiplicacione festivitatum
apud vulgus quod de labore manuum vivere habet suadeamus. Esset vicina apud
tales huiusmodi numerus festivitatum onerosus sicut in reformacione hic in concilio notatum
est. Sed apud ecclesiasticos et de ecclesiasticis talia loquimur dum de celebritate virginalis
coniugii Ioseph cum maria vel de eius felici transitu sit solempnitatem exop-
tamus. Ad quid ita est. Sane quoniam multe et intercessione tanti tamque potentis
et imperiosi quodammodo patroni apud sponsam suam de qua natus est Ihesus qui vocatur
Cristus reddatur ecclesia unica non et certa summo pontifici sponso suo vice Cristi
Nos denique singuli deo renascamur felici natalitate hic per gratiam et in futuro per
gloriam quod est natale sanctorum. Concedente rege et sponso filio quondam suo in-
gloriosissime Ioseph viri marie de qua natus est Ihesus qui vocatur Cristus. Amen.

Declaratio compendiosa q veritates sint de necessitate salutis credende / q de sola proba-
bilitate tenende / que de pietate fidei reputande Et q sint impertinentes iudicande
Et hoc sub distinctione uel gradu sextuplici q ad quaternarium reducitur. pro solucione du-
bitacionis q nuper movebatur in sermone de nativitate beate marie virginis consideracione facta
Anno 1416.

Primus gradus veritatum credendarum est canon totius scripture sacre et singulorum que in
ea literaliter asserta sunt sic videlicet q non stat ad fidem ut aliquis dissentiat pertinaciter alicui
contento in eadem scriptura ad intellectum spiritus sancti qui est verus et proprie sensus literalis Si alle-
gacio contra sufficiat illud Matthei 5° Amen quippe dico vobis donec transeat celum et terra iota
unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant Et iterum Amen dico vobis celum
et terra transibunt verba autem mea non preteribunt Constat autem q canon biblie lex est
per revelacionem habita cuius assertiones literales continentur Huic unico literali principio omne
revelatum a deo est verum et q scriptura sacra continens a deo revelata sic q in omni
sui parte est verbum dei quod transire non potest. Faciat ad hoc decretum 1° decreti cap. Ego solum.
Et ad Galatas. et quis nescit

2us gradus est veritatum ab ecclesia determinatarum et que ab indubitata relacione apostolorum
per successionem continuam devenerunt Est autem hec ecclesie auctoritas tanta ut dixit
Augustinus Evangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesie compelleret. quamquam vicissim dici posset
ecclesie non crederem si non auctoritas sacre scripture impelleret. et ita diversis respectibus
auctoritas utriusque mutuo se confirmat Advertendum tamen est q non omnia que traduntur uel ce-
lebrat ecclesia publice legenda sunt de necessitate salutis credenda sicut probabit ex quinto
et sexto gradibus veritatum. sed duntaxat illa que sub diffinicione iudiciali traduntur esse
credenda. uel opposita reprobanda concurrente universali totius ecclesie consensu impli-
cite uel explicite vel interpretative

3us gradus est veritatum specialiter aliquibus revelatarum que ab illis quibus revelacio facta est
absque ulla dubitacione credende sunt Alioquin non esset revelacio dei cuius ratio est ut
sit certa. Ceteri vero quibus non est huiusmodi revelacio facta non obligantur credere nisi
vel per miraculum uel per scripturam sacram et propterea per ecclesiam declaretur eiusdem Sic enim
Johannes baptista missionem suam ostendit per scripturam propheticam. Et apostolus paulus contulit
evangelium suum quod habuerat per revelacionem cum petro et aliis de ecclesia / non q dubitaret
de illo evangelio. peccasset enim nec dixisset. etiam si angelus de celo aliud vobis evan-
gelizaverit anathema sit Sed ideo contulit evangelium suum ut approbaretur per ecclesiam
ad credulitatem aliorum et non ad suam. quia dixit q sibi nichil contulerunt petrus
et ceteri. sed dexteras dederunt cum cognovissent graciam dei que data erat sibi
Demum complexe huiusmodi gradus veritatum reducatur ad unum scilicet ad veritates que credi
debent immediate et explicite a deo revelate esse

4us gradus continet veritates omnes et singulas que ex premissis veritatibus concluduntur
in gradu certa in lumine fidei uel evidenti in lumine naturali / quamuis non in propria forma

verbo illic habeant. Quadmodum ista veritas est de necessitate salutis credenda
quod Christus habuit nervos et venas cum tamen in scriptura sacra non habeatur in propria verborum
forma et ita de similibus sic multis. quamvis ista est evidens gratia necdum in lumine fidei sed
in lumine naturali apud philosophos quod Christus fuit verus homo ergo quod Christus habuit venas et nervos. propositiones tamen
sine temeritate vel distinctione fidei fuerunt aliquae quaestiones fidei ad philosophos paganos
per veritates deducte. quia videlicet poterat acuti philosophi quid ex presupposita lege vera
licet ab eis non credita gratia esset elicendum in bona et evidenti gratia. Et hic est
secundus gradus principalis. primus vero ad verum reducitur
Rursus in quinto gradu qui tamen est in ordine reponuntur veritates ille que ex veritatibus
quadruplicis gradus antedicti vel aliquibus earum deducuntur in gratia tantummodo probabili vel
topica. Vel dicitur in ante ponitur propositio que ad fidem est impertinens cum suppositum esse vel
dicat autem aristoteles illud esse probabile quod omnibus et maxime sapientibus verum apparet
non autem illud quod modestis videtur verum dicitur probabile quia stultorum infinitus est numerus.
Veritas autem non impertinens ad fidem illa solum dicitur que nec in gratia evidenti nec in
gratia probabili in ea sequitur vel repugnat. Porro dicitur propositionibus fidei apponitur
aliqua que non est de fide tunc totum quod est una copulativa non potest simpliciter dici de fide
quia copulativa sequitur debiliorem partem. Ut si in ea esset una contingens tota esset con-
tingens cum tamen essent mille necessarie. dicatur nichilominus talis propositio ad eius verificationem re-
quiritur una propositio non pertinens ad fidem quia sapit fidem si sit vera vel quod sapit heresim
si sit falsa Et sic potest describi propositio sapiens heresim. quia est propositio ex cuius concessione
et assumpto aliquo quod non potest rationabiliter negari sequitur heresis in fide. Ut si quis
dicat quod verus Gregorius non fuit papa. quia supposito quod non posset rationabiliter negari
hystorie dicentes ipsum fuisse rite electum et susceptum in papam licet non sint de fide
sequitur ista heresis quod rite electus in papam non est nec fuit papa. Unde non est propositio ita
catholica si sibi iungatur aliquid impertinens ad fidem quin totum hoc complexum remane-
at ad fidem impertinens. Exemplum ut ista propositio biblia est falsa est heretica et si adderetur
quod biblia quam habet Johannes est falsa non est heretical licet dicens possit sapere heresim
supponendo quod Johannes non habet bibliam nisi correctam.
Postremo in casibus huius quinti gradus et sexti sequentis verum est quod cause fidei
referende sunt ad papam vel sacrum generale si super eis dubitatur sed determinatio vel etiam
aliqua auctoritas omnes causas in aliis causis que tres primos gradus et quartum respi-
ciunt nisi forte per appellacionem
Denique in sexto gradu qui quartus est in ordine collocantur veritates ille que tamen
non faciunt ad intendendam vel fovendam devocionis religiosam pietatem que saltem
magis inducuntur ad inflammandum affectum quam ad instruendum intellectum. Ubi pietas
devota magis inspiratur quam veritas certa. Ubi hoc verum reprobatur si adesset asser-
cionis temeritas pertinax eliciuntur aliqua exemplorum per earum vel ratione certa ipsa veritas quasi

supersticione hoc e religione supfluam et bariam induceret Unde sicut dicat aug^us nichil refert quedam falsa pbabiliora ee quibusdam veris ita nichil refert quedam falsa pie credi nisi q ea rone qua falsa sunt vel si sciunt ee falsa credi possint/ procul hoc a pietate fidelium Sed cadit existimacio ut pia credulitas non sup veritate ut falsitate sed tamen sup apparencia ut pbabili^r et hoc utiqz non e piculosum ut falsum qr constat de apparencia et pbabili^r. Qd plures ut veritas ignota e/ prout sapientissime dixit Iohannes q de talibus eligibilius e pie dubitare qz temere diffinire Sicut stat alicui q^m questionum ee pbabile et unum stat ad alterum non in veritate sed in pbabilitate Sic duabus ptibus utriusqz questionum credi pt ad fidei pietatem dum tamen sit minimus ab assercione ptinaci alienus. Respicit aut iste gradus legendas et miracula sanctorum vitas patrum/ visiones devotarum psonarum Revelaciones et opiniones sacrorum doctorum q omnia suscipit eccia et legi pmittit/ non q determinet talia de necessitate salutis ee credenda sed qr pficiunt ad commovendos affectus pios fidelium et in edificacione eorum dum in talibus nichil de contrario sit ee falsum q^mvis eciam nesciatur illud contradictorium ee verum/ qr nec oportet nec ut tale credendum ppo- nitur Ita q magis hic attenditur id q pia recogitacione sic potuit q id qd factum e et hoc apud oratores archiereum reputatur qui ex aliorum psonis dicunt ea non q psone dixerunt sed q dicere potuerunt sicut in legenda bte agnetis et bti sebastiani et similium continetur.

Sequuntur aliqui ppositiones revelande q ptinuatis materiam elucidant

p^m contrarium Falsum blasphemum et hereticum e asserere q sensus litteralis sacre scripture sit aliquis falsus Patet ex dictis in pmo gradu. Et quia secundum aug^m solummodo pt ex sensu litterali scripture sacre efficax argumentum sumi non aut ee efficax argumentum si sensus litteralis necdum in dubium sed in falsum verteretur. Et tamen ppt concordandum aliquos si videantur aliter dixisse. dicimus q aliud e littera aliud e sensus litteralis vel q de sensu litterali scripture sacre ipsissime locuti sunt Est enim sensus litteralis ille et ppe dictus ille quem spus sanctus pricipaliter intendebat. et q ex circumstanciis litterae scripture sacre colligi pt et debet sicut expositores sacri sancti atqz docuerunt Alioquin periret omnis soliditas pbacionis a scriptura sacra sicut arguit aug^us ad Iero^m et habetur di. ix. si in aliquo suo sensu litterali ee falsa qr ppsicuum e q sic nichil pbat Et tunc posset semper dici ad omne suptum de sensu litterali scripture q sensus litteralis bene e falsus et ita nichil pbat qr regula non traditur ab adversariis qn e falsus et quando verus

ix^m contrarium Falsum blasphemum et ~~erroneum~~ hereticum e q de notis p experienciam vel de credibilibus p racionem naturalem non sit fides eciam ppe dicta. licet non sub rone experiencie

vel evidentie rationis naturalis fides habeatur. sed alio respectu inmediate scilicet divine
revelacioni prout fides est ex auditu, auditus autem per verbum Christi ad Ro. x°. Patet quoniam pre
cepta decalogi evidencia sunt in lumine naturali et ista deus est. Similiter quod roma fuit vel
iherusalem fuit notum per experienciam. Hec nichilominus prout nobis in scriptura sacra traduntur
tamquam approbata per ecclesiam sunt etiam fide tenenda quoniam credulitas omnium traditorum
in scriptura sacra innititur huic principio solum credito et naturaliter incognito quod tota sacra
scriptura a deo revelata est. Remanet igitur incognitus totus sub hac credulitate ratione.
Unde quoniam inferri posset quod tot sunt articuli fidei quot sunt veritates contente in scrip
tura sacra nisi forte fiat restrictior accepcio articulorum fidei pro illis tantummodo verita
tibus que continentur in symbolo apostolorum que scilicet de directo et inmediate respi
ciunt misterium gloriose trinitatis et incarnacionis benedicte, communis eciam sit vel verius
generalis ratio credendi scilicet divina revelacio in tantum quod sub hac racione non minus alia
credenda sunt firmiter hoc est absque formidine de opposito proposiciones contingentes de
futuro quam proposiciones necessarie sicut apparet de ista Resurrectio mortuorum erit.
Possent quoniam inferri plurima qualiter sit vel non sit auctoritas condendi articulos
fidei et si posset fieri novus articulus. Secundo utrum possit proposicio fieri heretica de non
heretica. Tercio demum possit aliquis esse nesciens hereticus et ita de plurimis
que brevitas mihi omittere.

Falsum blasphemum et hereticum est asserere quod assertiones opposite preceptis decalogi
non spectent ad fidem tamquam repugnantes fidei. Aut quod non sint iudicio fidei
reprobande. Et quod iudices ordinarii non habeant super hiis reprobandi et condemp
nandi facultatem ubi notorie scandalizant. Patet ex premissis addito quod
assercio proposicionis ad unam partem notat firmam adhesionem cum remocione probabilitatis
alterius partis. Et hoc in falsis proposicionibus sine maiestatis temeritate et presumpcione fieri
nequaquam potest.

Falsum blasphemum et hereticum est asserere quod precepta decalogi non sint de fide
eciam prout sunt quorum repugnancia debeat evidentia in lumine naturali. Patet ex declaracione
premissorum. Unum aliud. Qui ergo solvit unum de mandatis istis minimis et docuerit
sic homines minimus vocabitur in regno celorum et accipitur hic minimus negative
id est nullus et ita separatus a regno celorum quod est certum hereticus iudicandus
si se nolit corrigere.

Obligatur aliquis certa et expliciter fide credere et nullatenus dubitare et | pro eius communi [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible] adducitur in unum
sub pena heresis quod aliqua proposicio vera est. de qua aliquis potest ad tempus sine culpa
dubitare. Et hoc specialiter in exemplo simplici potest ostendi sicut in simplici

Ex quo correlaria subsequuntur

2m Obligatur aliquis utputa theologus exercitatus in scripturis sacris legendo et
considerando eas acuta et explicita fide tenere et nullatenus dubitare multa
de quibus simplex et ydiota requisitus rationabiliter si non pertinaciter dubi-
taret ut quod tobias habuit canem vel aaron barbam. Vel archa testamen-
ti de pilis caprarum cooperta. Datur enim et hec regula quod dubius in fide
infidelis est/ quod intelligitur ubi dubitat aliquis illa que tenetur explicita fide
credere sicut oportet in multis presertim in doctoribus et prelatis

3m Obligatur aliquis utputa canonista exercitatus in determinacionibus sancte ecclesie
legendo et considerando eas acuta et explicita fide tenere et nullatenus dubitare
multa de quibus simplex et ydiota immo et theologus aliquis in casu requisitus
rationabiliter si non pertinaciter dubitaret patet ut prius. Et sic dicitur de ex-
ercitatis in predicacionibus et narracionibus publicis nostre fidei quibus etiam
eciam laici quandoque ad plura explicite credenda tenentur ceteris paribus quam tales vel
alii non instructi

4m Obligatur aliquis utputa doctus et exercitatus in logicalibus moralibus et pru-
dencialibus sentire certa et explicita fide tenere et nullatenus dubitare multa de
quibus simplex et ydiota vel non sic exercitatus rationabiliter dubitaret tamen sine pertina-
cia dubitaret. Racio autem precedencium omnium una est quod cui plus committitur
ab eodem plus exigitur. Unde reputari debet una conclusio deducta ex scripturis
sacris/ uni magno logico vel philosopho vel theologo evidens vel certa et quam
alius ydiota vel inexercitatus poterit ad tempus vel falsam vel solum probabilem et me-
taphorice reputare. Denique sequitur ex hiis omnibus quod iudicium et cognicio fidei licet
auctoritative spectent ad prelatos et doctores/ spectare tamen potest ad alios quam theologos
deliberatio sicut et cognicio super hiis que fidem respiciunt ita etiam ut ad lay-
cos multos hoc possit extendi et plus aliis quam ad multos clericos

Rursus correlarium unum sequitur ex predictis

. 1 . Ex officio dignitatis episcopalis tenetur prelatus cognoscere tenorem scripturarum et
catalogi necdum implicite sed explicite presertim ad iii constitucione sua precipitur
utrumque testamentum se scire vetus et novum. Et si nesciat vel dubitet ubi
non est dubitandum proinde redditur inexcusabilis attento quod de talibus preceptis
apostolorum dixit paratum dare satisfaccionem omni poscenti racionem de ea que in vobis
est fide et spe. Unde etiam secundum iura humana non admittitur aliquis allegare
ignoranciam in illis que ex officio suo statu vel gradu scire debet

Ex officio doctoralis auctoritatis in theologia tenetur doctor cognoscere tenorem pre-
ceptorum decalogi nedum impliate sed expliate / et pariter est de hiis que sunt saltem
doctrinalis racione maxime in meliori gente doctorum nec in contrarium excusacio igno-
rancie prodest tali de hiis

Stat aliquem posse reputari vehementer et racionabiliter suspectum de heresi dum
dogmatizat doctrinam aliquam vel de ipsa dubitat. Ubi vel quando alius similia fa-
ciens vel dogmatizans aut dubitans suspectus in fide nequaquam haberi debet / pa-
tet in eruditis professoribus sacre scripture et sacrorum canonum et in habentibus re-
velacionem specialem respectu non eruditorum rudium atque simplicium et in prelatis
quibus annexa est obligacio ista prodendi nedum impliate sed expliate

Stat in hoc sacro concilio constanciensi reperiri quosdam qui circa dilacionem re-
probacionis nove assercionis denunciatorum in materia homicidii tyrannorum et insi-
diarum mortalium nequaquam culpandi sunt quamvis aliorum expectabant iudicium ubi ty-
ranni possunt alii de fautoria et suspicione fautorie heretice vehementi illatis
excusari. quia ad eos spectabat provisionis modus et pondus huius negocii

Auctoritas ex primo genesi dicit. Augustinus ad Iheronimum epistola ubi de ix dicitur.

Ego solis eis libris scriptorum (scripturis) qui iam canonici appellantur didici hunc timorem ho-
noremque referre ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere etc.

Si ad sacras scripturas vel causas admissa fuerint vel officiosa mendacia quid in eis
remanebit auctoritatis / que tamen de scripturis illis sententia proferetur cuius pondere
contemptuose falsitatis conteretur vel obteretur improbitas. Hec eadem Augustinus de unico baptismo li. ii

Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis ter-
minis suis contineri eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris ita preponi ut de illa
omnino dubitari et disceptari non possit utrum verum vel utrum rectum sit quidquid in ea
scriptum constiterit esse. Episcoporum autem litteras que post confirmatum canonem vel scripte
sunt vel scribuntur et per sermonem forte sapienciorem cuiuslibet in ea re pericioris
et per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctioremque prudenciam et per concilia licere repre-
hendi si quid in eis forte a veritate deviatum est

Duo descripciones aliquas que sequuntur ex premissis

Veritas catholica potest describi quod est veritas habita per divinam revelacionem
immediate vel mediate explicite in propria forma verborum vel impliate in bona
et certa quadam

Fides pro habitu infuso describitur quod est habitus supernaturaliter infusus inclinans ad
credendum catholicis veritatibus

Fides pro actu describitur quod est assensus verus et certus catholicis veritatibus ex infusa fide proveniens

Fides p habitu acq̄sito sic describitur conformiter ad descriptiones quas dat phūs de sua arte et sapia q̄ est habitus verus et certus p auditum verbi xp̄i acq̄situs sicut dicit apl̄s

Ro x° q̄ fides est ex auditu et auditus p verbum xp̄i Et augꝰ dicit q̄ p scientiam fides saluberrima gignitur etc. Dicitur verus ad dr̄iam erroris / certus ad dr̄iam opinionis. acquisitus p auditum ubi ꝯtra ad dr̄iam scīe artis sapie et intellectus

Fides p obiecto quandoque dicitur ipsa ꝓpositio credita uel aggregatio multorum credibilium seu veritatum catholicarum ut hic/hec est fides catholica etc. / Et quandoque dicitur ipsa ratio sufficiens ꝓ ꝓpositionem creditam seu catholicam et ita nulla ratio est q̄ eadem possit sub fide. Quandoque dicitur ipsa ratio credendi et hec una est omnium credibilium. sed auctas plurime veritatum revelantur que nunc videntur in enigmate Et sub hac voce dicitur fides argumentum non apparentium Secus erit dum videbimus facie ad faciem

Veritas impertinens ad fidem est que nec sequitur nec repugnat ad catholicas veritates

Veritas superans fidem est veritas continens aliquid ut aliquam que sunt ꝓpositiones de fide cum aliquo ut aliquibus adiunctis que non pertinent ad fidem seu catholicam veritatem Et opposita fluunt dicitur superans fidem sicut illud quod adiunctum est sit tale quod non possit ut [illegible] rationabiliter negari quamvis non sit de fide

piritus domini repleuit orbem terrarum Sapientie primo. Hoc preclarum sapientis eu-
logium hoc inspiratum et prophetatum diuinus oraculum decantat in exulta-
cione cordis in iubilo uocis sanctam matrem ecclesiam recolens in ipso misteriorum meritum sus-
pendium nimis admirandum spiritus domini in orbe terrarum. qui apparuerunt apostolis dispertite
lingue tamquam ignis seditque super singulos eorum spiritus sanctus. quo repleti ceperunt loqui
uariis linguis magnalia dei prout uel spiritus sanctus dabat eloqui illis Et o utinam patres
celeberrimi et fratres in corde spiritu nunc collecti utinam daret eloqui nobis spiritus iste domini
magnalia dei que sua sunt / daret uoci sue uocem uirtutis qui ipse continens omnia
scientiam habet uocis quo inspirati locuti sunt sancti dei homines qui dedit uerbum
euangelizantibus uirtute multa Non enim uos estis qui loquimini dicebat christus apostolis sed spi-
ritus uestri qui loquitur in uobis Cadat o utinam modo sicut olim in ecclesia primitiua
dum petrus loqueretur apud cornelium cadat spiritus sanctus super omnes audientes uerbum quia
nisi spiritus sanctus cordi assit audientis ociosus est sermo loquentis ait gregorius et augustinus
cathedram in celo tenet qui corda docet Repleat igitur totam domum istam in qua
sedentes estis uos apostoli uiri uos in corde spiritu concordie adunati adunati quia
hic et nunc cum maria matre ihesu Audiuimus ne uirgo sacratissima dicam te presentialiter
hic adesse ubi filius tuus inde emmanuel secum est et ubi spiritus eius adest in medio
adest utique et si non forte corporali dimensione quamquam hoc impossibile agitur per cor-
pus gloriosum per agilitatis et subtilitatis dotes adeste spirituali super nos influxu et
intuitu conuertentes ad nos illos tuos misericordes oculos ad quam suspiramus
gementes et flentes in hac lacrimarum ualle Implorantes adductum spiritum sanctum in nos
et super nos hodie mediante te uirgo misericordissima quam non solum ut spiritus medium
ad sufficientiam uel excellentiam sed ad exuberantissimam et formalem redundantiam
impleuit ut ipsam in nos alios refundens quod ut fiat te te salutamus exora-
tes et exoramus salutantes per illud angelicum Aue gratia plena dominus tecum

piritus domini repleuit orbem terrarum. Ad iocundissimam hanc et diuinam sapientis uo-
cem ad hoc celeste carmen amenissimum ad sonorissimam hanc suauissimamque totius
orbis armoniam sacrarum iste cetus ordo iste deuotissimus nunc non assurgere deberet
anagogicos mentis excessus in secretos cordis iubilos cum exultabundo quodam
carminis tripudio quia hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea Et certe
dignum est ut in solempnitate sancti spiritus omnis spiritus laudet dominum laudet modulizet
in organis hoc spirituali flatu repletis pulchra uarietate sonantibus pro distinctione
donorum munerum et uirtutum quasi totidem fistularum Itaque uenit populus quasi sic iubila-
cione laudis et exultacionis Fallor si non hoc innuendo propheta quod de christo dicit
quod ascendens super omnes celos sedens quod ad dexteram patris promissum spiritum sanctum ho-
dierna die in filios adopcionis effudit Sequitur Euangelicus prophetis gaudijs totus
in orbe terrarum mundus exultat Quare? Quia pleni sunt celi et terra maiestate
glorie spiritus sancti. Hinc celum laudibus intonat mundus exultans iubilat gemens

Vlulat molle camen seu distantem nunc in celo qd' laudibz intonat tonitrui tenore
no velut ex utroqz compositum dum hic mundus exultans jubilat cum propha dicente miam
et iudiciu cantabo tibi dne Tale nos hodie carmen cane convenit dum p man
ditum seculi nunc in electis et nusticie in reprobis miraculum spc dni replevit orbes
terrarum Et animadvertat precor vita beatitudo cum spc iste dnu qui replevit orbe
terrarum spus e huius sacri concilii Grandis plane dignitas talis admirandaqz
sublimitas ut eodem spu animet formet vivat et vegetet hec sacrosta synodi
eciam repntans quo spu connecti dicitur in unum pr et filius Sed nec sic decebat
ut xpi sponsi et ecclie sponse sue eet unus spc. Maior enim adhesio ul mi
mior qualis ee pt qz sponse ad sponsum. Dicat aut apls qz q adheret deo
unus spc e cum eo Demqz primitiua eciam describens lucas multitudinis
nsp credencium erat cor unum et aia una Quid plura quem mus. cum oraret
pro eis qui no exaudiri meruit ut credentes in eum eent unum sicut ipse et pater
unum sunt. sunt aut unum in spu sco quem no ois sibi ad credentes. hic e ille
spc dni qui replevit orbe terrarum Replevit sine mora ut in principio fecit
deus celum et terram cum spc dni ferebatur sup aquas no exclusus uel elatus quin
intus fovebat eas scdm aliam translacione. no inclusus uel arctatus neqz enim quicquam
subsistere pt qd' no replevit spc dni p essencia potencia atqz presencia hoc habz
articulus prius damnatus qz causa prima sit remonstrata qz no propinquissima
causam ne tenebre vos comprehendant Et quales oro deteriores fugibiliores
horribilioresque tenebre quam errorum et heresum circa prima precepta moralium

principia ut sunt non periurabis. non occides. non insidiaberis. Terreat ipsos
ecclesiasticos pastores et doctores positos in lucem aliorum si non ad exemplar tam
insigne atque preclarum sanctissimi regis nostri nos eos illuminet accendat et inflamet ze
lus domus dei vox domini Clama ne cesses et annuncia populo meo peccata sua Si
non vigeat eos pro debito constanti qualitate ad effugacionem errorum tenebrosorum
et ad illuminacionem errancium neque enim potest immergi salubritatis sine scandalo primo
sed quamdiu impune perhemacia manet in errantibus convalescat et seminat
errores novos est Sed in ipsa meditacione mea videtur occurrere qualis homo
non sapiens quod dei sunt deum non invocans. illic quippe trepidat timore ubi non
est timor imaginans est michi susurracione tremula magnus ardens et terribilis
quem tangunt et notant errores huiusmodi. princeps est Seminus ait quod sapiens enim
ait indignacio principis mors et vir prudens placabit eam Quid quando si
seminat si sediciones excitet si bella moveat si secum plurimos hos erroribus
hos permissis in errore suo trahat ita ut si fieri potest moveantur eciam electi
vide sedulo ac iterum iterumque recogita ait qualis homo ne fortassis obiciat ipse fecit
tam desideratissime ideoque in iamnus expediti pacis eque gaudens obex vel totalis
disrupcio. At vos nichil hic tale timendum o strenuissimi pugiles fidei o
potentissimi legum divinarum defensores. nichil inquam tale timendum timentibus deum
et obedientibus iussionem qua dixit Nolite terreri ab eis qui corpus occidunt a
nimam vero occidere non possunt Ita dico vobis huic timete. timeatur deus et non terreat
homo. Anime deum suadet augustinus et minatur mundum universum videbis Tollatur hec
suspiciosa pigri formidacio domini hec est in via deviantibus suum quod presto nigra
mors et vincta securitas est nil timere potest deum Cuius hec iussio est usque ad mortem
certa pro iusticia Et iterum Esto fidelis usque ad mortem et similia // Potuimus rem
hanc in longius deducere pro qua interim satis sunt breves et parvule con
sideraciones que tangunt radices moralis laicosque vitant

// Providendum est generali divisioni pro ecclesiastica membra superiori non minus
ac libere et efficaciter quam scismati super concordia de papatu. Ecclesia quippe magis
in fide quam in scandario capite fundata est

Providendum est constanter pro hoc sacrum concilium ad extirpacionem errorum
et emendacionem errancium quanto quod errant plures sunt potenciores et maio
res. Et si quis dixerit quod bella suscitabuntur diffamat eos nimis neque eis
levitas credi debet

Providendum est ad emendacionem errancium pro eos qui se dicunt amicos eorum
vigilancior sollicitudine quam pro expresse aliis partibus

Prestantes scienter impedimentum ne errantes resipiscat et corde credat ad iusticiam et ore faciat confessionem ad salutem habendi sunt hostes capitales errancium et salutis eorum

Prestantes scienter impedimentum ne tollantur errores et errantes corrigantur aut reddantur sunt rei de dampnis omnibus tam spiritualibus quam temporalibus que obvenerunt pervenerunt aut venient

Omissio seu dissimulatio prestancium impedimentum nedum positive sed privative vel omissive directe vel indirecte per cautelas humanas ne tollantur errores causat suspicionem de fautoria heretice pravitatis quandoque levem quandoque vehementem quandoque convincit iure caritatis obligacionum

Inexcusabilior et altius punitior est error in principiis legis naturalis sicut sunt precepta decalogi secundum planum et literalem intellectum verborum apud omnes utentes racione quam sit error in articulis fidei que sunt supra nature facultatem et in agibilibus quam speculativis

Conditionalis protestatio vel confessio non sufficit ad confessionem purgacionem legitimam super publicacione vel defensione vel advocacione errorum quorum opposita veritates tenentur credi explicata fide tenere

Diffamatus publice et notorie super publicacione aut defensione errorum contra veritatem fidei et bonis moribus tenetur seipsum purgare si potest coram iudice legitimo eciam nemine eum personaliter accusante. tenetur eum purgare famam propriam et ab aliis scandala posita removere

Ad efficacem errorum extirpacionem qui sunt iam dampnati per ecclesiam magis procedendum est in generali concilio per invocacionem brachii secularis adversus pertinaces quam per curiosam reexaminacionem Et notetur quod non sufficit auferre errores quam diu perseverant errorum assertores

Procurator generalis concilii debet ex officio procedere contra notorios et publicos errantes ut resipiscant aut corrigantur longe diligencius quam contra violatores spiritualis iurisdictionis temporalis et hoc requisitum est prius coram rege permissio sermonum

Pax regnorum et sanitatis unius potest efficacius et divinius procurari quam per legitimam extirpacionem errorum et correctionem errancium

Querere provisionem super extirpacione errorum et correccione errancium non est impedire prosecucionem unionis ecclesiastice sed est eam promovere et accelerare multipliciter ita ut verum sit quod oportet unum facere et aliud non omittere

ſtimo me beatū apud te o ſacroſanctū conſtan̄ conciliū. o cetus cele-
bris rꝛmor patrum ac ceteroꝝ dnoꝝ in om̄i ſapiencia et doctrina ac moꝝ
honeſtate fulgencium Eſtimo inquā me btm cum ſim me defenſurus hodie
in pn̄tia te ſciente omnia iudicia q apud iudeos ſed ſanos ſint conſuetudines
et queſtiones ꝓpter qd obſecro ut pacienter me audias. Verba ſunt iſta beati
lucas cuius hodie natalis inſtat celebritas qui comes indiuiduus fuit egregii doctoris
pauli. lucas inquit eſt mecum ſolus Et alibi ſalutat vos lucas medicus kmus
cuius uba omnia ſcdm ꝯmuniū ſunt languentis ale medicina Unde cum paulus ſuiſſet
a feſto traditus in vinculis agrippe regi dixit ille rex ei ꝑmittitur tibi racionem
reddere ꝓ temetipſo. Tunc paulus extenta manu eſtimo me btm inquit apud te rex
agrippa cum ſim me defenſurus hodie in pn̄tia te ſciente omnia q apud iudeos ſunt
conſuetudines et queſtiones ꝓpter qd obſecro ut pacienter me audias. Sic ego de
materia noue aſſercionis rmis patribus ac ceteris dnis commiſſariis in cauſa fidei ꝑ me
inchoatarum ex ipſoꝝ nunc ordinacione racionem redditurus eſtimo me beatum ꝓpter
qd obſecro vniuſquemq; ut pacienter me audiat Et in primis quidem dandus ē
ordo dicendis et euitanda confuſio. habendus ē inſuper ſermo doctrinalis abſq;
ulla ornacione vel apparatu verboꝝ qualis ē materie que tractatur accomodus
Deinq; recordanda ē nunc diſtinctio ne fallat nos equiuocatio quam diſtinctionem
memini me notaſſe cum preteritas vo aſſerciones cum ſuis reprobacionibus iudicaui.
Poſſumus itaq; materiam hanc dupliciter conſiderare. Vnomodo pure theologice et abſolute
ꝑ conſideracionem ad conformitatem vel deformitatem ſcdm leges diuinas traditas in ſcrip-
tura ſacra Aliomodo magis reſpectiue et ſcdm terminos iuris poſitiui In primo tractatur
de veritate ipius fidei. In 2o de veritate perſonali. Vel ita dicamus poſſe nos vno-
modo conſiderare aſſerciones vel aliomodo ipos aſſertores aut reprobatores. Primum
hactenus obſeruaui in omni iudicio cum pariſius quod in hoc ſacro concilio recogitans
primo profeſſionem meam et officium Cancellariatus pariſienſis licet indignus deſeruio quoniam
pariſius ſic tractantur materie fidei ꝑ ſacram theologie facultatem cum deferuntur
frequenter a diuerſis mundi partibus ymo et a romana curia non numquam quia habeat
eiuſdem facultatis doctrinale iudicium vbi nichil vnquam agitur de perſonis niſi prius
ſaltem diſcuſſum ſit de doctrinis Conſtituit ſupra michi ipſo quod finalis intencio mea
ē ad extirpacionem erroꝝ qui ſic pullulant pro et debz ꝑ eoꝝ reprobacionem doctrinalem
ſeu iudicialem qui dampnentur errores. Rurſus 3o conſtat quod liberi puri
vix et actus exequitur veritas et falſitas reprobatur cum conſtituitur ſola lex diuina iudex
in noua conſideracione ariſt. in polit. qui enim ponit inquit legem iudicare ponit deum. qui
autem addit hominem addit et beſtiam Et hoc dicit ꝓpter ſenſualitatem beſtialem de
qua virgilius in 6. hinc metuunt cupiunt gaudentq; timentq;. Conformiter ad illud

pſaycu Confuſa ſut hic om̄a ſpes metus meror gaudiu Quocirca cōſulit
apud boeciu phia. Tu quoqȝ ſi vis luce claro cernē veru tramite recto carpe
callē gaudia pelle pelle timorē ſpemqȝ fugato nec dolor nubila mens
ē vinclaqȝ frenis hec ubi regnāt. Demqȝ p hūc modu ſalubius obſuarī
illud augꝰ in regula q ſiat correco cu dilacōne pſonar et odio viciorꝫ
nec mē videt qui qualiſcūqȝ turbacio pacꝭ. Dm quoqȝ iudices facilius
ſe expediut ſi pus inſtruūt circa intereſſe fidei q̄ ſi ſtatim cāmos iurꝭ poſi
tiui pus diſtraccat materiam tamqȝ ꝯphana ſupꝫ intereſſe pſonali q monſtrat
apte quīqȝ meſtes in tali diſcuſſione ſola ſeīc ia occupati Vnde et nōnulli
ex dn̄is cōmiſſarijs ſicut rueūmꝰ p̄r dn̄s car̄ camācen et ipe ꝯmotor
concilij ad hoc intendᵒ quolibꝫ noluerut. hanc ego modeſtiā conabor
in actu pn̄ti poſſetenꝰ obſuare qd obſtēe neqȝ iū nec cauſe fidei q̄ diſcutiūr
officiat uel obſit Sicut eīn plurimi q̄admodu conati ſut aliq̄ inigiꝰ hāc
materiam trahē ad pſonalia in piudiciu nedu cauſe fidei ſed fame p l̄ras
ꝛ aliꝰ falſo leſe In quibꝫ diluēdis atqȝ repellendis ſi ſmo flecteī̄ cog
noſcetur apta viitas in elucidacōne clariore cauſe fidei et in laudē nō
mediocrē ipius tractancu adiſus obtrectātes/ q̄uis p̄ra nō ſufficient
exterpant errores ſi notorie pſeuāt errātes/nichiloꝰ ſpandu ē q corrigeīt
omes ad ſināy concilij Quid igīr nōc ē puocarē uel accuſarē pſonas
errantes ſi dampnarē ſatꝭ ſit errores. hys ita ꝓlocutꝭ veniamꝰ ad
materiam q̄ noue aſſertiones cu ſuis rꝓbacōnibꝫ habet ꝓ cuiꝰ intellcu
faciliori ponatꝛ uelut in vna decretali caſus longꝰ de hinc viis ſub ꝯtexto
a b c.

Caſus ē

C rꝭ ſupmꝰ habet d et b vaſallos ſuos quorꝫ vnꝰ nō erat ſubiectꝭ
alteꝛ q̄ faciut confederacōnes adinuīc ſub ꝯm iuramentꝭ terribilibꝫ fir
matas, B conducat hoies p̄x et p̄cio, q̄ p inſidias pmeditatas interſicut ſubi
to d. nō diffidatu nec de hoc pmonitu neqȝ tale aliq̄ timēte et hoc inſcio
c rege. Tandē b ſcrip̄ āuocat et ꝯponit ſe laudabilit egiſſe ymo ſeciſſe de
bitū ſuu erga deu et regē. ꝓ cuiꝰ iuſtificacōe ponit uel ponī facit tanquā
p quibuſdā regulis ſeu maximis noue has aſſertiones. Itaqȝ p p̄ma iuſti
ficat mortē ipius d, q2 erat tyrānꝰ ut dicit machinās p fraudes ꝛ ſortilegia
ac malu ingeniu in mortē ſui regꝭ C ꝛ in p̄mis q2 p ipm rege nō po
tāt bono mō de ipo fi iuſticia. ꝓ 2a aſſꝫ dicit ſe auctorizatu fuiſſe
ut ſic ageret p leges diuīa nāle ꝛ huāna. Deinde p 3ā et 4tā iuſti
cat ſub regula gnāli tyrānorū q d debebat vilit ꝛ p inſidias mori
Rurſus p qutā ſextā ꝛ 7a iuſtificat q rꝭ eū debꝫ auoāe remunerārē
ꝛ vi ſamarē p epl̄as et aliꝰ vl'riuqȝ ꝯmdē iuſtificat ſe ancthl egiſſe

contra precepta dei bene intellecta non secundum literam sed ad sensum suum et hoc in
octaua. Postremo iustificat quod in nullo premissorum fuit confederacionibus non
obstantibus et hoc per regulam generalem in assercione nona datam.

Casus breuis

Quilibet tyrannus potest et debet licite et meritorie occidi per quemcumque vasallum
suum vel subditum eciam per insidias et blandicias vel adulaciones non obstante
quocumque iuramento seu confederacione factis cum eo non expectata sentencia vel mandato
iudicis cuiuscumque. Hic casus quamuis sit decisus per hoc sacrum concilium quod est hereticus
et sequatur ex tercia et quarta premissis prima et ultima, nichilominus videtur aliquibus dimittere
poni. Primo quia non loquitur de auctorizacione per leges diuinam naturalem et humanam ut
in 2a. 2o non ponit quod viliter vel ignominiose et subito id est sine diffidacione de-
beat occidi ut in 3a et 4a. Deinde non ponit quod ipse debeat auctor remu-
nerari et honorari ut in 4a 6a et septima. 5o dimittit assercionem octauam de fal-
sitate sensus literalis scripture sacre et quod quilibet sit infidelis vel ereticus eius.
Denique silet quod Christus ipse supremus non habet talem potenciam in suo regno quod de q
vasallo suo non posset facere iusticiam.

Queritur nunc si hee xii assertiones in forma sicut sunt veniant iudicio
fidei reprobande. Et quamuis quod hec iam determinata sit per iudices fidei inquisitores
de consensu et approbacione reverendi patris domini episcopi parisiensis et facultatis theologie cleri sui, ymmo si casus
breuis videtur positus est et elicitus ex hiis xii assercionibus tamen continentur in eis
sufficiencius licet dimittere sicut patere videtur intuentibus diligenter primam terciam et 4am
et ultimam assertiones. inter quod decisa est per hoc sacrum concilium dum dampnauit
ista Quilibet tyrannus etc velut hereticam. nichilominus ponentur hec que induerunt conclu-
Nouem assertiones cum suis reprobacionibus iudicialiter mediate spectat ad
fidem eciam explicare. Et sunt, prout in cedula continentur racionabiliter iustificare
potuerunt insuper per doctores et ordinarios locorum doctrinaliter ac iudicialiter
aliter condempnari. Sunt denique per hoc sacrum concilium vel per sedem apostolicam de
necessitate salutis reprobande et hoc vel vel interpretatiue.
Ex quibus conclusionibus probatur que spectat ad theologiam imprimis et ad
iudicem fidei potentem similiter applicare quid de intellectu personali sentenciandum vel a-
gendum erit per strictum canonicum. Sed prius superius premonendum ulterius tollendum
contrarium scandalum quod nos reclamacionibus inter agentibus possit obsistere
et aures aliquorum que sunt oppleti ut obsurdescerent veritati. Est enim quod
nulla vera generalis vilificacio fidei, puta depressio catholice doctrine vel
quolibet verbo vel actu dicatur. Hic est error in fide. Hec heresis vnde vnus

deputetur hoc erraticis qui prius ad ea que solius facti erant scripturam sacram et fidem
pertrahere conati sunt impugnare. hinc ista fidei vilificatio hinc occultatio veritatis
catholice non a defendentibus eam ne taliter occultetur / Ecce insuper aliorum querela quod
nichil hic sit amore fidei sed odio personali vel rancore sed favore inordinato
seu partialitate Sed contra ille omnium infelicissimus iudicandus esset et miserabilior
omnibus hominibus qui cum certissimis incommodis medium bonorum temporalium sed et vite periculo
tenderet in infernum Et quomodo tenderet. hoc utique propter peccatum odii vel favoris inordinati
quia stipendia peccati mors non solum sed eterna. Ceterum non quis in hac re loquitur sed
quo animo loquitur sed quam verum sit id quod loquitur attendere vos convenit // Ecce rursus
conqueruntur alii dicendo quod nichil hic cum modestia vel prudencia talis aut talis agit
sed innititur fantasie proprie et furiositati. Maledictus furor eius quia pertinax et emulacio
quia dura contra tales et tales de illa nacione vel facultate pro libris et aliis contradicunt
Arcius consolatur exemplum Christi quem ob predicacionis fervorem sui eciam parentes dixerunt
in furorem versum esse Et de prophetis prioribus verum invenimus dictum verum. quid queritur
insanus iste Demas contra quod dicit propheta cum propheta a domino. Consilium meum iustificaciones
tue. Ille iam non proprio capiti fumositati vel imprudencie innitens dicendus est sed solidissime
veritati auctoritati. Amplius in hac parte si testimonium hominum recipimus illud habundancius
longe est pro nobis tamen minus quam minus congruitur ad exemplum quidam. Ecce insuper
quanta regni francie diffamacio in quo tot errores exorti dicuntur et firmantur
Primo non rursum habeat quispiam hoc obicere ad opprobrium quia ad singularem et
incomparabilem laudem eiusdem regni et incolarum cedit ista errorum non quidem publi
catio sed virtuosissima debellacio quam neque ipso sanguini neque distinctionibus innumeris
neque ipse pater vite quin primum ut errores in eodem regno capiunt ut ita dicam
exurere vel in nostro germine carpere cepimus observetur illud de psalmo Filia
Babilonis misera beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram Et illud
de nasone Opprime dum nova sunt subiti mala semina morbi Est enim humanum
inde peccare sed ut dicimus confessum a peccato resurgere eamque prorsus virtute fortiori
pede. // Hys ita standum ne pergentibus nobis ad veritatis inquisicionem noc
eat error. Deducemus primam partem conclusionis ex multiplici radice et principa
liter investigando doctrinaliter et radicaliter quid ipse sit fides. et unde quis
denominatur catholicus fidelis. Et ex opposito quid sit error in fide vel heresis
et quis denominatur errans in fide vel hereticus Et primo vero etc. prime acceptionibus
aliis de fide. quia fides quandoque dicitur sponsio .i. Thi 5° quia primam fidem irritam fecerunt. Et quandoque
fidelitas proverbiorum 20. virum fidelem quis inveniet Quandoque constancia Ro 14 Omne quod non
est ex fide peccatum. Quandoque sacramentum fidei Augustinus ad bonifacium quando est parvulos habere
fidem nisi fidei sacramentum. Accipiamus de suspensione fidei de qua locuturi sumus ex

nota

fides

verbis apostoli ad ro. 10. Ubi dicit quod fides est ex auditu Auditus autem per verbum dei Unde
sicut aristoteles describit scienciam quod est habitus firmus et verus per demonstracionem acquisitus
Ita dicere possumus quod fides est habitus firmus et verus per auditum verbi dei acquisitus
Et vocatur hic verbum dei scriptura sacra vel inspirata vel predicata vel scripta
seu lecta / Pro 2o autem descripcionis declaracione sciendum est quod sicut sciencia multi
pliciter accipitur sic et fides / quantum spectat ad propositum . Accipitur enim sciencia quandoque pro
habitu prout descriptum est . quandoque pro actu scilicet pro assensu ex tali habitu pro
cedente . quandoque pro obiecto illius habitus vel actus Et hoc dupliciter sicut est duplex
obiectum quod scimus Unum est conclusio demonstrata metaphorice vocata vel scripta . a
liud est res significata per conclusionem / unum vocatur obiectum materiale . aliud formale secundum
thomam . Amplius sciencia quocumque predictorum modorum accipiatur solet sumi dupliciter / Uno
modo pro uno vel simplici tali habitu vel actu vel obiecto Alio modo pro collacione
multorum huiusmodi habituum vel actuum vel obiectorum quemadmodum dicimus phisicam esse u
nam scienciam sic methaphisicam sic medicinam et sic de aliis . Conformiter ad predictas distinc
ciones dicimus quod fides accipitur quandoque pro habitu / et sic data est descripcio. Quandoque pro actu
ex tali habitu procedente et proprie pro maiori assensu fidei Improprie pro actu exteriori
qui ex hoc maiori procedit quemadmodum dicimus iste fideliter agit Rursus accipitur fides
pro obiecto fidei scilicet pro proposicione credita sicut est iste articulus deus est trinus et unus / a
ciam res per hac proposicione significata sic dicit aliquis . deus est fides mea Et sic de
complexe significabilibus huiusmodi sermo posset quem omittimus . Postremo fides ac
cipitur quolibet modorum predictorum quandoque pro uno habitu vel actu vel obiecto
quandoque pro collacione plurimorum vel omnium quemadmodum in symbolo apostolorum vel athanasii
vel concilii niceni vel sacre scripture dicimus fidem catholicam contineri / Unde et sic
loquitur athanasius dicens Quicumque vult salvus esse ante omnia opus est ut
teneat catholicam fidem Et de proximo fidem subiungit Fides autem catholica hec est
ut unum deum in trinitate etc . Consequenter notandum est quod fides pro habitu dupli
accipitur . pro infuso scilicet et pro acquisito Sicut eciam una sapiencia humana infusa patuit
hoc in christo et salomone . alia acquisita qualiter descripta est quod est habitus firmus per de
monstracionem acquisitus . Dicimus consequenter per declaracione descripcionis premisse
de fide habituali acquisita que infusam presupponit vel eidem innititur et ab ea
formatur si perfecta est . quod fides dicitur habitus firmus . ad dictam opinionem vel suppo
sicionis mee sicut ponebat petrus abelardi per beatum bernardum in hoc redar
guitur . hec autem firmitas vel certitudo alia est a certitudine spei quam una respi
cit intellectum . affectum alia . Thomas dicit quod certitudo est ex voluntate surgente
intellectum . Addit in descripcione verus ad dictum habitus hereticalis fidei qualem habent
heretici Subiungitur tamen quod dicta specialiter ad alios omnes habitus intellectuales

per auditum verbi dei acquisitus. Pro quo notandum est quod ratio specifica fidei est quod
accipiat certitudinem suam et veritatem illustrativam intellectus humani ab auctoritate divina per
hoc scilicet deus ita iussit dixit vel revelavit mediate vel immediate per verbum suum
inspiratum magis vel exterius predicatum auditum vel lectum. Et sic loquitur thomas et
ceteri quod formalis ratio omnium credibilium una est scilicet veritas prima ita quod assentire
aliud non est pertinens ad fidem. et sic requiritur fides infusa ad assentiendum catholice
et hoc si non potest si quis errat in una tali veritate pertinaciter quia iam deest sibi
ratio formalis credendi alioquin non esset pertinax. Hinc oritur differentia certi-
tudinis fidei ad certitudinem scientie. quoniam illa sumitur ab evidentiis terminorum per locum
ab auctoritate altera deducitur ab intrinsecis sicut per locum a diffinitione et similibus
Et ita habemus certitudinem unam ab extrinsecis qualem habet fides alteram
ab intrinsecis qualem habet scientia Et hoc sufficiat ad propositum de certitudine non intendo
de sermone de aliis habitibus ceterorum principiorum tam intellectualium quam mora-
lium in quibus est certitudo evidentie ex terminis In aliis per [illegible] experientiam
In aliis per quandam adherentiam voluntatis stabilientis se ac figentis in aliquo
a quo non vult dimoveri sicut dicimus hominem innixum muro solido certum esse
qualiter etiam dicimus quod certa est in deo spes mea / caritas mea timor meus et
ita de reliquis ad affectum spectantibus. Forte autem quod ipsa fides certi-
tudinem suam sic accipit ex voluntate que deo iubenti seu revelanti vult
immobiliter credere cui consonat illud augustini Cetera potest homo nolens credere autem
non nisi volens Ex quo fit ut fides et habeat meritum et captivet omnem intel-
lectum in eius obsequium quantumcumque videantur rationes philosophice vel hystorice seu ge-
ometrice seu fantastice fidei repugnantes / et quod ipsa sint nulle solu-
biles per intellectum supra/ Ex quo fit preterea quodammodo vicecuisa ut ipsam fidem
neque demonstratio neque experientia neque intelligentia rationis tollat vel eva-
cuet quoniam sic innititur auctoritati prime quod sive habeat evidentiam rationis sive
non habeat credens in auctoritate et non alteram pertinaciter firmitatem Unde
tho. expresse 2a 2e q i articulo 10 in responsione ad primum argumentum sic ait
Cum homo habet voluntatem credendi ea que sunt fidei ex sola auctoritate divina
etiam si habeat rationem demonstrativam ad aliquod eorum puta ad hoc quod est deum
esse non propter hoc tollitur vel minuitur meritum fidei hec ibi Ex quo fit insu-
per quod fides potest in patria manere cum visione beata vel hic in via per raptum
qualis fuit in paulo vel cum intelligentia clariori fidei qualis fuit et est
in doctoribus contemplativis et per magicos excessus illustratis mirabiliter a
motibus certis nec obviat illud apostoli Fides est substantia rerum sperandarum
argumentum non apparentium. nec illud gregorii Fides non habet meritum

Ubi humana racio prebet experimentum. quam visio patz ex premissis acute pensatis
pro quibus statim ex° istud quod de ista triangulus habz tres angulos equales
duobus rectis patet ut de ho prius habe certitudine ex auctoritate doctoris quale non oportet
eum dimittere habita postmodum certitudine altius gradus ex demonstratione vel experi-
encia fundatus. ¶ Deinde deducatur ex premissis pro re qua intendimus quod prin- no
cipia tam intellectualia quam moralia sibi revelata ex eis demonstrata / sibi probes
philosophis per experienciam habita prius tamen sub fide quam tradi prius a deo iubente
et auctorizante sic quod detur assensus eis non quod sint evidentes sed quod sic deus
iubet revelat aut dicit prout eciam catholice ut scriptura sacra nobis tradit Unde
consequenter ad hoc dico pt non irrationabiliter quod fides hic in via semper est quodammodo
non apparentium sub racione formali. Vel obiectali ipsius fidei quam licet veritas prima
sit de se evidentissima et certissima cui fides innititur nichilominus quod veritas hec prima tradidit
credibilia revelata vel alia quibus ad credendum stat ex sola fide ecclesie vel scrip-
ture sacre quae scilicet eciam scriptura sacra nobis ita tradunt unum quod thobias habuit
canem et abraham filium potuit esse notum per experienciam et ita de innumeris Sed quod iste
veritates sint nobis a deo tradite per scriptores librorum continentium talia / est creditum et
non scitum nec evidens ¶ Alia distinctio. quod dum sunt prius de fide et continet quatuor
gradus quedam pertinencia quorum opposita sapiunt heresim quedam impertinencia tantum
de fide et cetera. Consonat iure descripcioni descripciones alie Una est apostoli ad hebreos
xi fides est substancia idest fundamentum rerum quas speramus que sunt deus et cetera et
quas tendimus per amorem articulorum idest certus non apparentium ut in se vel in racione
obiectali scilicet materialiter aut formaliter ut dictum est Item augustinus libro de predestinatione
Fides est cogitare cum assensione ea que ad sanam pertinent religionem. Item ysidorus
Fides est qua beate credimus id quod nequaquam videre valemus. Item expositor Fides est
firmissime religionis fundamentum et integritatis. Fides est virtus qua ea que ad fun-
damentum religionis pertinent recte firmiterque creduntur. ¶ His ergo ita presuppositis
atque declaratis que in dubium trahi possent. dicimus consequenter quod in proposito nostro
fide accipimus obiective pro collacione omnium credendorum prout ex habitu fidei prius
descripsimus. Unde statim concluditur veritas prime partis nostre conclusionis principalis quod hec
ut assertiones que spectant ad divina precepta sunt de fide. Notandum tamen illud circa
quod oppositorum eadem est disciplina ¶ Deinde pro declaracione maiori placet annotare
ad quos moralia precepta in forma ut in effectu articulos symboli specula-
tivos reducuntur / cuius ita sit quod cuilibet precepto correspondet dictamen practicum
verum / quod ita credendum est sicut articulus fidei in speculativis / diliges deum. corres-
pondet istud dictamen. deus est diligendus / Et istud non occides proximum non est
occidendus glo propria voluntate et ita de reliquis. Dicimus ergo quod iste articulus
est de articulis symboli quod proximo est deus verus et deo vero. credendum ergo iubet

et tradit e verum Jubet aut decem precepta legis non occides etc. 2 cap. 4. 2 26 et alibi
multis locis ergo. Item arguitur e ex scripture sacre sunt verba que producuntur in testimonium con-
surrectionis ibi secundum scripturas. tradunt aut scripture decem precepta. Igitur. Item arguitur
e ex spiritus sanctus locutus e per prophetas quidquid igitur prophete dicunt per ipsum e verum
fuit aut moyses propheta qui tradidit decem precepta legis. Ideo 2 xpc fuit ille
propheta magnus de quo dicitur. is qui fuit plenus gratie et veritatis et per quem veritas
facta e Item in duobus preceptis de dilectione dei et proximi que tradidit
xpc multis locis. tota lex pendet 2 prophete Sunt igitur de lege et prophetis et
consequenter omnia moralia precepta que deducuntur ex ipsis. Item finis legis
secundum apostolum e dilectio et ut vitam eternam consequamur. hoc aut facere non possumus
nisi servando precepta Si vis ad vitam ingredi serva mandata Et tamen hoc fac et
vives Item ad aliam partem articuli que dicit et propter nostram salutem que salus non
habetur sine preceptorum observantia. pertinet igitur ad hunc articulum vitam eternam
salutem reductive. Item quodlibet preceptum includit in se dictamen rationis sedem quod
sit bonus actus precepti. sicut hoc preceptum non occides. habet istud dictamen
non licet occidere. fundatum in hoc universali precepto. non facias aliis quod non vis
R tibi fieri quod principium e de scriptura sacra. cap. 4 Item arguitur e ex e una ecclesia
catholica 2 apostolica que est fundata in doctrina apostolorum quos spiritus sanctus docuit
omnem veritatem et doctores non cessant successores. et ideo errare non potest errare. Et ita
quidquid iubet e verum. Jubet aut decem precepta et conclusiones ex eis. ergo pertinet
ad hunc articulum unam sanctam ecclesiam. etc. // Amplius 3° deducatur per exempla
2 ex heresis descriptione Omnis heresis pertinet ad fidem. quia secundum communem heresis e
heresis dogma falsum fidei orthodoxe contrarium. Constat aut ex determinationibus ecclesie
quod multe assertiones iudicantur heretice que sunt circa precepta moralia ta-
mquam/ exemplum de ista Usura non e peccatum mortale. Item de ista fornicatio simplex
non e peccatum mortale. Item de ista/ non e licitum orare. Item de ista. licitum e
tenere uxorem fratris sui. pro qua Jo. martyr fuit. Item de ista licitum e unicuique
non misso sermone prohibito predicare. Item de ista populares possunt dominos suos
R ad libitum corrigere. Item de ista/ quibus tradantur etc. que nuper dampnata e ut
heretica Item generaliter nulla e propositio vera que non possit sic catholice dum sibi traditur
credenda ex scriptura sacra sicut ad propositum dicit jdus ex apostolus de versu ethnico
ut poetico fecit catholicum dum ait Corrumpunt bonos mores colloquia mala
R pessime Unde quando nimis de fide videtur quod ex tobias habuit canem et aaron
barbam et hii qui ista negarent pertinaciter essent heretici quia repugnarent isti
Ro articulo Scriptura sacra e vera in se et in suis partibus. Fallitur igitur hoc argumentum
hoc non e de credibilibus articulis nostre fidei expressis igitur non e de fide

Sequit^r ex pmissis q moralia et philo^lia pnt ee et sut de fide v intra
no tn in quantu pfessa sut philosophica ad geometricalia Sed de moralibz quam
illa faciunt ad unitatem eccie q debet ee una nedum unitate sacroz et c
dibiliu mentaliu sed etiam actione et gubernatoe pacifica in agibilibz mora
libz nali lege cognitis. No de fide q supeminz roni semp sicut oleu
aque sic q incipit fides ubi ro desinit et no pt tamen esse ro nalis qin
supeminat fides ei. Item constat sm plimos doctores q expediunt
valde multa ad credendu gnalr omnibus pplis quoz aliq sut euidentia
doctis. ut dcm ee. Et hoc pp^t errores phoz et alioz sic in pposito de p
ceptis moralibz que licet sint euidentia bn dispositis in iudicio rone tamen
ex consuetudine puersa et aliunde multi contingunt errores. Ut scrpsi (?) dixit
ee opus intrmine vtutis sc iniustia Et in quibusq regionibz dicitur ee
religiosu occide pntes senes &c. Ita de multitudine uxoru. de furtis de rapi
nis de adulteriis in quibz errant hoies nisi p lege dina docerent &c. possz
poni in casu nro pnti. Nota tamen q ad assentiendu catholice cuicu
q veritati quantumcuq stat^r p experienciam ul demonstratione requirit^r fides infu
sa que monstrat et ondit rone obiectale credendi ista q deus tale vita
te tradidit aut iussit p se imediate vel p eccliam aut scripturam sacram
Nota quod nulla e noua heresis. Et q determinatio eccie no e nisi declaco
ul adiectione pene. No okam lib^o 2° pmc ptis p totu. No quid e
explicare de fide illud scilz q ve^d et clare sequit^r ex hys q sut pnc de
fide et explicare continet^r in scriptura. Unde q xpus habuit nuhos no e
explicare sub hac forma Sili q no omis mulier hns capillos ruffos
no possit mrsari (?) a quocuq sed sequit^r euident ex scriptura No q nulla
e quela dnoz tpaliu qin posset ad conciliu de iure gnale emanda si
reducat^r ad licitu ul illicitu inxo consideratoe ultima illis smonis ppsm
iur &c. / Demuz notandu e q in hoc actu plime rones sut inducte
ad declacone fidei ptis Sz qm alibi sut tn epilogando qm lacioi smoe
deducte ista omittit^r Tandem reuolando ad pncipiu recitabit^r q admo
dum festus ad paulum se defendente dixit insanis paule multe te lre ad insania
conuertut. no insanio respondit paulus optime feste sed vitatis et sobrietatis
uba eloquor. Et hinc conuersus ad agrippam. credis inquit rex agrippa
pphetis scio q credis Sic loqr aplus habeo fas dicendi unicuiq vrm o
reuerendissimi pres et dni ac doctores cu sapia et doctrina plenissimi q creditis pphetis
illi aut testimoniu dat de dna concepto et de sequelis eoru q dina vitate fundata
sut et ad credendu licet intelligant^r imposita. Credis igr agere q panem

ut obsecratio facta erat me audisset Sic exoro videns vivus deus qui quid verbum non habeo credite ut faciat vitam et ipsa liberabit vos et in eterna tabernacula sua luce perducet prestante eo per quem vitas et gratia facta est Jhesu xpo qui est deus vivus in secula dinme.

Sequitur confirmatio nove assertionis. primo per auctores 2° per rationes. 3° per exempla.

Augustinus primo de ci. dei hiis exceptis quos vel lex iusta generaliter vel ipse fons iustitie deus specialiter occidi iubet quisquis hominem vel seipsum vel quemlibet occidit homicidii crimine meruit 23 q 4

Glosa exordi ut cum minister iudicis occidit eum quem iudex occidi precepit homicida non est sed si id sponte faciat homicida est etiam si eum occidit quem scit a iudice occidi debuisse 23 q 4

Item in decretis gregorius prohibet illo precepto non occides quisquis sua auctoritate in necem alterius armari 23 q 6

Item alexander de hales 3° libro d 1a qod utrum maleficus prohibeatur occidi sic dicit dicit maleficus occiditur ab illo qui habet ad hoc potestatem ut a principe seculari et secundum hoc non prohibetur interfectio malefici dicit interficitur ab illo qui non habet potestatem et secundum hoc prohibetur interfectio malefici

Item augustinus 2° libro contra manicheos ille mihi augustinus gladium accepit qui nulla superiori ac legitima potestate vel iubente vel concedente in sanguine alicuius armatur

Item in decretis ex dictis augustini. Omnis potestas illud aut eius auctoritatem quod legitima potestate vel qui ut ait apostolus non sine causa gladium portat cui omnis anima subdita esse debet ad eum venit omnis in quem qui sine huius auctoritatem gladium accepit gladio peribit.

Item alexander de hales 3° libro in q illa vero illi qui non habet potestatem vel universaliter prohibeantur maleficium occidere in solutione secunde rationis sic ait. non sequitur in multis de causis ista interfectio est secundum legem ergo qui interficit facit secundum legem quod ad interfectionem secundum legem sufficit solum reatus quo dignus sit interfici quod ad interficere aut secundum legem requiruntur plura iusta causa iustus ordo iustus animus iusta causa ut si reus meruit interfici iustus ordo ut occidens habeat potestatem et convictus sit reus de crimine augustinus super v. mathei Officia vindicte puniendi implere quod iudex quod lex iustus animus ut fiat solo amore iustitie non libidine vindicte vel appetitu pene

Item de halis in solucione tercie racionis eiusdem questionis que stat prius sic ait. dicendum secundum aug. 2o li. contra faustum ille utitur gladio qui nulla superiore ac legitima potestate vel iubente vel concedente in sanguine alicuius armatur

Item s. tho. 2a 2e q. lxiiii art. 3o querens utrum liceat persone private hominem peccatorem occidere determinat in racione quod ad illum solum pertinet occidere cui committitur cura communitatis conservande sicut ad medicum pertinet precidere membrum putridum quando sibi fuerit commissa cura salutis tocius corporis Cura autem communis boni ut ibidem dicit tho. commissa est principibus habentibus publicam auctoritatem et ideo eis solis licet malefactores occidere non autem privatis personis hec dicit tho. in formalibus verbis. Idem in solucione 2 eodem art. 3e racionis qua arguebatur quod privata persona operatur illud quod est utile bono communi sed occisio malefactorum utilis est bono communi ergo laudabile est quod private persone occidant malefactores Respondet dicit thomas quod facere aliquid ad utilitatem communem quod nulli nocet hoc est licitum cuilibet private persone Si autem sit cum nocumento alterius hoc non debet fieri nisi secundum iudicium eius ad quem pertinet extimare quid sit subtrahendum partibus pro salute corporis. non lege aliqua quod iustum est iuste exequaris

Item hec eadem que scribit tho. in summa ponit petrus de tarentasia in scripto super sententias

Item fr. augustinus de anchona in sua summa de potestate ecclesiastica querit an papa possit dispensare quod aliquis alium occidat sine transgressione precepti divini Et respondet quod solum quatuor casus excipiuntur in quibus hoc licet in aliis autem non licet primus casus exceptus in bello iusto Secundus in eo qui habet officium iudicis et publice potestatis. 3us si ex divino precepto expresso 4us si ex divina inspiracione interiori et privato consilio dei

Item salberiensis in suo policratico li. 3o c. ubi accipe inquit gladium intelligitur qui eum propria temeritate usurpat non qui utendi accipit a domino potestatem utique qui a deo potestatem accipit legibus servit et iusticie et iuris famulus est. qui vero eum usurpat iura deprimit et voluntati sue leges submittit. in eum ergo merito armantur iura qui leges exarmat et publica potestas servit in eum qui evacuare nititur publicam manum Et cum multa sint crimina maiestatis nullum gravius est eo quod adversus ipsum corpus iusticie exercetur Tirannus ergo non modo publicum crimen sed si fieri posset plusquam publicum est

Item salberiensis li. viii c. xix in quo loquitur de interfeccione plurium tyrannorum eodem fine sic dicit hoc cavendum docent hystorie ne quis illius moliatur interitum cui fidei aut sacramenti religione tenetur astrictus Nam et sedechias ob neglectam fidei religionem legitur captivus et quod in alio regum iude non memini cuius sit occulus eius quod deus cui iuratur eum ex eo iuste iuratum etiam tyranno lapsus est perfidia non proposuit ante conspectum suum sed licet venenum licet videam ab infidelibus

[illegible]

aliqui usurpata nullo unquam pie indulta lego fuisse. non quod tyrannos de medio
tollendos esse non credam sed hoc sine religionis et honestatis dispendio nam et
dauid regum quos legimus optimus et qui excepto sermone urie ethei in omnibus in
culpatus incessit licet tyrannum grauissimum sustineret et eum perdendi sepe nactus fuit oc
casionem ei tamen parcere maluit confisus de misericordia dei qui eum sine peccato potuit liberare
decreuit igitur expectare patienter ut ille visitaretur a domino reddita cauitate aut in prelio
caderet aut alias iusto dei iudicio moreretur. Siquidem vel ex eo potest insigniri parcitas eius
quod cum oram clamidis eius precidisset in spelunca et alibi de nocte custodibus incessus cus
todis negligentia intercepisset ipsum regem coegit confiteri quod dauid causam agebat
iustiorem Et hic quidem modus delendi tyrannos utilissimus et tutissimus est si qui
premuntur ad presidium clementie dei humilitate confugiat et puras manus leuantes
ad dominum deuotis precibus flagellum quo affliguntur auertat. peccata enim delinquen
cium vires sunt tyrannorum Unde achior dux omnium filiorum amon saluberrimum hoc de
dit holoferni consilium Perquire inquit mi domine mi si est aliqua iniquitas populi in con
spectu dei eorum et ascendamus ad eos quia tradens tradet eos deus eorum tibi et
subiugati erunt sub iugo potestatis tue / si autem non est offensio populi huius coram deo suo
non poterimus resistere quia deus eorum defendit illos et erimus quod in opprobrium uniuerse
terre

Item in decretis xxiii q v et scribitur a b° aug. de ciuitate dei Quicumque sine
aliqua publica administratione maleficum siue sacrilegum adulterum periurum uel quemlibet
criminosum interfecerit aut truncauerit vel membris debilitauerit velut homicida iudi
cabitur et tanto acrius quanto non sibi a deo concessam potestatem abusiue usurpare
non timuit. Sequuntur aliqua excepta ab alexandro de hal

de homicidio

Utrum hoc precepto non occides prohibeatur occisio hominis malefici quod indeterminate
dicitur non occides. Solutio / homo maleficus qui reus est potest interfici dicitur ex eo
quod homo est uel quod maleficus. Quod homo est eum interficitur odio persone et hoc modo prohibetur
cum dicitur non occides supple hominem quod homo / Quia maleficus est occiditur et interficitur odio
malicie et amore iusticie Et tunc distinguendum est aut occiditur ab illo qui ad hoc
habet potestatem ut a principe seculari Et secundum hoc non prohibetur hic interfectio male
fici. Aut interficitur ab illo qui non habet potestatem et secundum hoc prohibetur hic. Prohi
betur enim hic occisio hominis in quantum homo et occisio malefici inordinata Et hoc
est quod dicit ieronimus super ezechielem qui malos percutit in eo quod mali sunt et habet
causam interfectionis idest potestatem ut occidat pessimos minister est dei. hec alexander de
hal. 3a parte sue summe parte 4a q. super illo precepto non occides ar. 2o

An alii qui non habent potestatem uel prohibeantur maleficum interficere Solutio non
habens potestatem est interficere voluntate aut necessitate aut casu. primo modo simpliciter
et indistincte est illicitum Unde non ad hoc quod sicut dicitur in legenda beate lucie

homo habet ex ministerio mortis non vite quia omnis vita a deo solo est nec eam dat volunt-
per ministerium sicut ergo auferre vitam alicuius sine ipsius voluntate et auctoritate semper est illi-
citum sic et multo forcius occidere quod est auferre vitam sine dei voluntate et auctoritate
cuius ipse vita et cuius solius est vivificare semper erit illicitum unde deuteronomii xxxii ego
occidam et ego vivere faciam. Idcirco quicumque non accipit potestatem vel a divina auctoritate
que est in lege vel ab eius voluntate scilicet dei intellecta per internam inspiracionem si inter-
ficit facit contra illud preceptum non occides. Si autem non habeat potestatem interficit neces-
sitate defendendo se quia hoc erit dupliciter. vel omni prohibicione ecclesie semota so-
la prohibicione dei precepti posita. et tunc distinguendum est. quia tunc vel talis necessitas
est evitabilis vel inevitabilis. si sit evitabilis necessitas scilicet quia possit aliter evadere
sicut fugiendo vel alio modo homicida est talis si interficit et peccat contra illud
mandatum non occides. Si vero sit inevitabilis quia non possit evadere nisi interficiat aut
occidat motus ira vel libidine vindicte aut cum dolore evadendi necessitate ut dicit augustinus
in omeliis super matheum. cum homo ab homine occiditur multum distat utrum volendi accipi-
endi vel iniuste aliquid auferendi sicut fit a latrone vel obediendi ordine sicut a iudice
vel evadendi vel subveniendi necessitate. primo modo occidens homicida est. 2o non
iudicabitur aliquis homicida quantum ad culpam quamvis incurrat quantum ad irregularitatem
prohibicione ecclesie nicolai videlicet pape ut patet distinctione l direxi. de clericis quibus consulu-
isti scilicet qui se defendendo paganum occiderunt si postea per penitentiam ad pristinum
statum redire aut ad altiorem ascendere possunt scito nos nullam occasionem dare nec ullam
tribuere licentiam eis qualibet hominem quomodolibet occidendi. nullo casu licet clericis
occidere dicit ille et est canon nicenum distinctione eadem. Si quis homicidii aut facto aut consi-
lio vel precepto aut defensione post baptismum convictus fuerit et per aliquam subrepcionem
ad clericatum venerit deiciatur et in fine vite sue communionem tantum accipiet. Item
canone ex concilio eleckyn de clericis qui in obsidione positi sunt statutum est qui altari
ministrat et christi corpus et sanguinem tradit ab omni humano sanguine etiam hostili
se abstineat quia si in hoc maculavit purgari per penitentiam officio et communioni reddatur.
Si ergo necessaria est penitentia in occidendo fuit culpa patet ergo quod clericis nulla ne-
cessitate licitum est occidere. laycis vero cum predicta distinctione licet cum inevitabilis
necessitas et nulla libido vindicte sed sola intencio conservacionis proprie salutis secundum concessionem.
Si autem non habens necessitatem interficit casu hic dicitur secundum decretale libro 5o titulo de homicidio
quod interficiens casu aut dabat operam rei licite aut illicite. Si rei illicite reputatur
homicida contra istud preceptum. Si vero rei licite tunc distinguendum secundum canonem
quia aut adhibuit diligenciam quam debuit aut non. si sic non reputatur homicida
si non homicida reputatur unde dicit canon distinctione l. Sepe contingit dum quis opi nemo
insistens arborem incidit ut aliquis subtus ipsam veniens deprimatur et ideo si

voluntate vel negligencia madentur arbore sua est ut homicida pune debet omnino
submitti / quod si non hoc eum suma non constringit h. dicit alexander de hal[es] summa parte 2
q. iii. 4° 2 6°

Item sanctus thomas 2a 2e q de insidiis ... bat eos in quibus est mediacio vel fracto ...
Item potest videri sine doctorum multorum in summa confessorum super vocabulum istud bellum
homicidium insidie quinto 2 similiter in bartholina et alias similiter

Item sanctus thomas in suo de regimine principum ad regem vel reginam cypri. Quia
ergo unius regimen preeligendum est quod est optimum et contingit ipsum in tyrannidem
converti quod est pessimum ut ex dictis patet diligenti studio laborandum est ut
sic multitudini provideatur de rege ut non incidat in tyrannum primum autem necessarium
ut talis conditionis homo ab illis ad quos spectat hoc officium promoveatur
in regem quod non sit probabile in tyrannidem declinare. Unde samuel dei providentiam
erga institucionem commendans ait. quesivit sibi dominus virum secundum cor suum et precepit
ei dominus ut esset dux super populum suum. Deinde sic disponenda est regis gubernacio
ut regi iam instituto tyrannidis subtrahatur occasio. Simul etiam sic temperetur eius po
testas ut in tyrannidem de facili declinare non possit. Que quidem quomodo fiant
in sequentibus considerandum erit. Demum vero curandum est si rex in tyrannidem
diverteret qualiter posset occurri. Et quidem si non fuerit excessus tyrannidis utilius est
remissam tyrannidem tolerare ad tempus quam contra tyrannum agendo multis se impli
care periculis que sunt graviora ipsa tyrannide. potest enim contingere ut qui contra tyrannum
agunt prevalere non possint et sic provocatus tyrannus magis deseviat quod si quis
prevalere possit adversus tyrannum ex hoc proveniunt multociens gravissime dissensio
nes in populo sive dum in tyrannum insurgitur sive post deiectionem tyranni dum
erga ordinacionem regiminis multitudo separatur in partes. Contingit etiam interdum ut dum
alicuius auxilio multitudo expellit tyrannum ille potestate accepta tyrannidem arripit
et timens pati ab alio quod ipse in alium fecit graviori servitute subditos opprimit
sic enim in tyrannide solet contingere ut posterior gravior fiat quam precedens dum
precedencia gravamina non deserit et etiam ipse ex sui cordis malicia nova excogi
tat. Unde syracusanis quondam dyonisii mortem omnibus desiderantibus anus quedam
ut incolumis et sibi superstes esset jugiter orabat. Quod ut tyrannus cognovit cur
hoc faceret interrogavit. Tunc illa. puella inquit existens cum gravem tyrannum haberemus
mortem eius cupiebam quo interfecto aliquantulum durior successit eius quoque fi
nem dominacionis existimabam magnum esse. Tercium te importuniorem habere cepimus
rectorem. Itaque si tu fueris absumptus deterior in locum tuum succedet. Et si sit
intollerabilis excessus tyrannidis quibusdam visum fuit ut ad fortium virorum
virtutem pertineat tyrannum interimere seque pro liberacione multitudinis exponere periculis
mortis. Cuius rei exemplum etiam in veteri testamento habetur nam aioth quidam eglom

regem moab qui gravi servitute populum dei premebat sica fixa in eius corpore interemit
et factus est populi iudex. Sed hoc apostolice doctrine non congruit. Docet enim nos
petrus non tantum bonis et modestis verum etiam discolis dominis reverenter subditos esse
Hec est enim gratia si propter conscientiam dei sustineat quis tristicias paciens iniuste. Unde
cum multi romanorum imperatores fidem christi persequerentur tyrannice magnaque multitudo tam
nobilium quam populi esset ad fidem christi conversa non resistendo sed mortem paciendo tole
raverunt tyrannum et armati sustinentes pro christo laudantur ut in sancta thebeorum
legione manifeste apparet. Magis quam aioth iudicandus est hostem interemisse quam
populi rectorem. Licet tyranni etiam in veteri testamento legantur occisi fuisse ut hii
qui occiderunt ioab regem iuda quamvis a cultu dei recedentem filios eius reservantes secundum
legis preceptum. Esset autem hoc multitudini periculosum et eius rectoribus si privata
presumptione aliqui attemptarent presidentium mortem etiam tyrannorum. Plerumque enim huiusmodi
periculis magis exponunt se mali quam boni. Malis enim solet esse grave dominium non
minus regum quam tyrannorum quia secundum sententiam salomonis dissipat impios rex sapiens.
Magis ergo ex huiusmodi presumptione immineret periculum multitudini de amissione boni regis
quam remedium de substractione tyranni. Videtur ergo contra tyrannorum sevitiam non privata
presumptione aliquorum sed auctoritate publica procedendum. Primo quidem si ad ius alicuius multi
tudinis pertineat sibi providere de rege non iniuste ab eadem institutus potest destitui
vel refrenari potestas eius si potestate regia tyrannice abutatur. Nec putanda est
talis multitudo infideliter agere tyrannum destituens etiam si eidem se in perpetuum ante
subiecerat quia hoc ipse meruit in multitudinis regimine se non fideliter gerens
ut exigit regis officium quod ei pactum a subditis non servetur. Sicut romani tar
quinium superbum quem in regem susceperant propter eius et filiorum tyrannidem a regno eie
cerunt. minori scilicet consulari instituta potestate. Sic et domicianus qui modestis
simis imperatoribus vespasiano patri et tito fratri eius successerat dum tyrannidem
exerceret a senatu romano interemptus est. omnibus que ipse ante perverse fecerat
per senatusconsultum iuste et salubriter in irritum revocatis. quo factum est ut beatus
iohannes ewangelista dilectus dei qui per ipsum domicianum in pathmos insula fuerat exilio
relegatus ad ephesum per senatusconsultum reverteretur. Si vero ad ius alicuius
superioris pertineat multitudini providere de rege expectandum est ab eo remedium contra
